

A ore prædicarent omnes: Hercules autem apud Spartanos religioſiſſimè colebatur. *Plut. in Lac. Apophth.*

ANTAGORAS dicebat, ita vivendum eſſe hominibus, ut vivi laudabiles ſint, mortui autem beati judicentur. *Ant. in Meliſſis, part. 1. ſerm. 51.* Idem, quum audiret, quantum ab hominibus ſubinde laudaretur, dixit: Quum multi me laudant, tum ne nullius pretii eſſe judico: quum pauci, bonum & egregium virum me eſſe puto. *Ant. in Meliſſis, part. 1. ſer. 51. & Max. ſerm. 43.*

Quum Hippodromo ſophiſta vehementer à Græcis applauderetur, multaque magnifica acclamarentur, in quibus illum æquabant Polemoni, Homericò verſu reſpondit:

Quid me immortalibus equas?
Simili & candidi hominis laudem reportans, qui Polemonem tam præclaro teſtimonio ornari: & modeſtia, qui laudem invidioſam repulerit. *Philof. in Sophiſt.*

PINDARUS cuidam commemoranti, quòd ipſius laudes ubique prædicaret: Ego, inquit, pro iſto officio bonam repono gratiam, efficiens, ut vera prædices. Vera virtus nihil moratur hominum laudes. Eas qui prædicant, plus debent iis, quos laudant, quàm ipſi debent, qui laudantur. *Eraſ. l. 6. Apophth.*

DROMYSIDORUS gloriari ſolebat, quòd nemo plauſus ſuos audiviſſet, neque in thremiti, neque ad fontem, quemadmodum Iſmenia. Sentiens, ſe nunquam captiſſe plauſus fordidoſorum & imperitorum; ſed ſat habuiſſe, probari paucis erudiſtis. *Ita Laer. in Cratete. Eraſ. l. 8. Apophth.*

ÆGÉSILAEUS dicebat, ſibi jucundum eſſe laudari ab his, qui non verentur & vituperare, ſi quid diſcuſiſſet. Tales enim ſi quid laudant, judicio laudant, non metu, aut adulatione. *Plut. in Lacon.*

HæCTOR à patre laudatus ob ſingulares animi virtutes: Lætus ſum, inquit, laudari me abſte, pater, laudato viro. A malis enim laudari, non laus, ſed dedecus eſſe putatur.

ANTISTHENES audiens ab improbis quibuldam ſe laudatum eſſe: Veror, inquit, ne quid imprudens fecerim mali. Sentiens, à talibus neminem laudari, niſi ob inſignia malefacta. *Laer. l. 6. c. 1.*

PHOCION, quum aliquando apud populum dicens ſententiam, videret ab univerſis eam accipi, & ſe laudari, converſus ad amicos: Numnam, ait, aliquid imprudens male dixi?

MENEDEMUS, quum audiviſſet, ſe frequenter ab Alexino laudari: At ego, inquit, illum ſemper vituperor: declarans, ſe non poſſe corruptum laudibus, quòd minus eum reprehenderet, qui reprehentione dignus erat. *Eraſ. l. 6. Apophth.*

ÆGÉSILAEUS dicebat, non minus laudatoris inſpiciendos eſſe motes, quàm ejus qui laudatur. Significans, peritò contingere, ut aliquis, quæ moribus ſuis contraria ſint, laudare velit; ſoſtitantque etiã aliter videretur, perſep̄ ex laudationis ingenio poſſe ejus quoque motes, qui laudatur, agnoſci. *Fulg. lib. 7. c. 2.*

LACON quidam, cum Charislaus Rex laudaretur: Quoniam, inquit, modo bonus eſſe vir poſſet, qui ne in malos quidem acerbus eſt? *Plut. in Apophth.*

PHAVORINUS eam laudem, qua quis alium, ſui commodi gratia, proſequitur, nullam fidem meteti dicebat. *Stob. ſerm. 14.*

PLISTARCHUS, cuidam referenti, ipſum à maledico quodam laudari: Demitro, inquit, ſi quis illi dixit, me mortuum eſſe. Nam ille de vivo bene loqui poſſet nemine. Non delectatus eſt vir generoſus laude, quæ à viro illudatò proficiſcebat. *Plut.*

ARISTOTELIS de ſemetipſo in neutram partem loqui debere prædicabat: quoniam laudare ſe vani, vituperare ſtulti eſſet. Cujus diſcrimen in morum puerilium inſtitutionibus etiam hoc carmine aperitiſſimè expreſſum eſt:

*Nec te collaudas, nec te culpaveris ipſe:
Hoc faciunt ſtulti, quos gloria vexat inanis.*

XENOPHON dicebat, unicuique laudem ab aliis proſectam ſuaviſſimam eſſe auditu: aliis autem eam eſſe moleſtiſſimam, quam ſibi qui ipſe tribuit. *Plut. de ſui laude, & c.*

Quod tamen non ſine exceptione intelligendum eſt, ut eodem libro variis argumentis & exemplis, *Plut. demonſtr.*

Multi pauperatam, imperiticiam, atque adè ignobilitatem inter ſuas laudes dum conſtitunt, invidiam retundunt. Sic Agathocles aurea pocula & calata præbibens adoleſcentibus, juſſit etiam ſicilia proferri: & tunc, inquit, reſt affiduitas laboris, ac tolerantia, & fortiſſimo nos olim lutea, nunc aurea faciunt pocula. Etiam Agathocles, qui ob

obſcuritatem generis, & egeſtatem, credebatur in ſigili officina educatus, poſtmòdò regnum totius prope Siciliæ obtinuit. *Plut. arch.*

CATO Uticenſis fiducia ſui elatus, ut hoſtes Reipub. coereret, aliquoties ſeipſum laudat: Invideri ſibi dicens, quòd ſuis rebus neglectis noctes patriæ cauſa vigilet. *Plut.*

ÆGÉSILAEUS cuidam Perſarum Regem magnam appellanti, dixit: Ni juſtor, non major me eſt. *Plut. eod. lib.*

DIÓGENES taxabat hominum vulgus, quòd bonos viros hoc nomine laudarent, quia pecunias contemnerent; nec interim imitarentur, quos laudibus extollerent vehementer: ſed pecunioſos magis ſequerentur, quos vituperabant. *Laer.*

SIMONIDES, quum cæteros laudando venaretur, ut aliqui darent, interrogatus, cur Theſſalos non captaret? Stupidoſiores ſunt, inquit, quàm ut à me falli poſſint. Qui querunt, cui imponant, ad ſtupidos eunt. At qui tam erant ſtupidi, ut non ſentirent ingenium poematum illius, nec tangerentur amore nominis in poſteros tranſmittendi, non poterant ab illo falli. *Eraſ. Roterod. lib. 6. Apophth.*

DEMOSTHENES unus fuerat ex decem, quos Athenienſes legatos ad Philippum Macedonem miſerant. Itaque poſteaquam Æſchines & Philocrates, quos præcipue fuerat complexus Philippus, à legatione reverſi, aliis multis nominibus prædicarent Regem, tum his præcipue, quòd eſſet formoſus, facundus, ad bibendum ſtrenuus: Demotheſes ita cavillatus eſt, ut diceret, in his laudibus nihil eſſe dignum rege: nam primam eſſe feminatam, alteram ſophiſtarum, tertiam ſpongiarum. *Plut. & Eraſ. lib. 4. Apophth.*

ÆGÉSILAEUS, quoties audiebat aliquos ab aliis laudari, aut vituperari, exiſtimabat, non minus ducendos eorum motes, qui loquebantur, quàm eorum de quibus loquebantur. Senſit vir prudentiſſimus, eos qui alios contemnunt & vituperant, magis proderè morum ſuum, quàm detegere morbos alienos. Et qui ob res parum honeſtas laudant quempiam, aut ob laudabiles vituperant, indicare ſtultitiam ſuam, & perverſum judicium. *Plut. in Lacon.*

CHRISTIANORUM.

Ex Apophthegm. per Laur. Beyerl. editis.

Quòd rebus fortiter geſſis honeſta ſubſequatur commemoratio, admodum laudabile dicebat Senec. & quamvis omnem laudem abominati ſint viri prædices, nihilominus Joannes Pontifex, cum immoediè à quodam laudaretur: Eſti, inquit, plurima mihi affingant, multum tamen hac laude oblector. Cur ita? quia per eam monetur, qualis eſſe debet. *Ex Em. Syl. lib. 1. de geſſ. Alph. L. Beyerl. in Apophth. Chriſt.* Magna etiam fuit S. Greg. Pont. erga laudantes ſe modeſtia; nam cuidam ſe mirificè extollenti reſpondiſſe fertur: Deum precare frater, ut his que de me prædicas, dignus efficiar: ſicut & tu dignus es, cujus opinio improbari non debet. Quare licet me tua commendatione inferiorum agnoſcam, charitati gratias ago. Ita prudentiſſ. Pontifex & laudanti ab ſe ſeſcit, & humilitatis limites non exceſſit. *Ex Joan. Diacon. lib. 4. cap. 62. Idem.*

Haud parum eſt & exiguum, eſſe laudabilem, & laudari non leſed arduum & ex celſum. Quo in genere emicuit ſupra alios Conſtantius Antiochitanæ Eccleſiæ Monachus: nam cum è longinquis terris quidam, eum videndi gratia, adveſt niſſet, oſtentimque ſibi deſpexiſſet, eò quòd ſtatura eſſet puſilla, & brevi (quasi corporis vitium animi virtutibus offere poſſet) irriſorem ſuum oculo excipiens, Quam lætor, inquit, quòd tandem nactus ſum hominem, à quo jure patvipendendus exiſtimor! Ego ſanè ut habui, ita & virtute paſſillus ſum. Quo factò didicique ſatis declaravit, quantum ab humana gloriæ concupiſcentia abeſſet, qui ſic exultabat contemptus & irriſus. *Apom. Edyll. 5.*

*Sic qui favoris gloriam veri petit,
Animo magis, quam voce laudari volet.*

EX GREG. DIAC. LIB. 1. C. 5. BEYERL. SUPRA.

CONSTANTINUM MAGNUM beatum dicebat quidam Antifites, qui hic in terris dignus eſſet, cui rerum ſummam committeretur, quique in cælis cum Dei Filio regnaret. At is ejuſmodi ſermonem indignè ferens: Noli, inquit, hæc verba in vanum fundere: Deum potius orato, ut in hac & in futura vita, ejus famulari inveniat dignus. *Enſep. de Vita ejuſd. l. 4. c. 8.*

Etiam inter hoſ ſibi locum & laudem vendicat Alphonſus.

LECTIONIS FRUCTUS ET VOLUPTAS. PE

EXEMPLA ET APOPHTHEGMATA.

A Mirum in modum eum extollebat & Proceribus unus, quòd eſſet regis filius, regis frater & nepos; verum ille: Nihil minori apud me loco eſt. Laus enim illa non eſt mea, ſed majorum; à meritoque elicienda, ſi qua erunt ornamenta. *Panorm. lib. 1. de Alphonſo.*

Similiter Joan. Huiades: vocaverat Huldricum Clie Contitem, ad ſe venire in calta, at ſi rēnuſi: Egon, inquit, Comes & Princeps ad te hominem novum: Erat enim hoc nomine in nobilium collegium adſeruiſſi: cui ille: Non tuis majoribus, ſed tibi me comparo: quamquam nec illis cedam, qui pugnano pro Chriſtiana religione nobilitatis titulo accepto, majus lumen poſteritati meæ comparavi. Significabat cum Alphonſo, glorioſus, à ſeipſo inclareſcere, quàm ab avis, ataviſque ſua claritatis radios deſumere. *Panorm. ſupra.*

Carolus V. Imp. *Vide Apophth. de Adulatione.*

Lectio.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Lectio, Græcè ἀνάγνωσις, & ἀναγνώστης, lector dicitur. Veniunt autem lectio & lector à lego, quòd eſt oculis ſcripta percuro. Hebr. Keria, & Mikra, à verbo Kara clamavi, vocavi; videtur enim lector vocare characteres ſeu litteras, ut res capiat veritas, & lectineat.

LECTIONIS UTILITAS.

Horat. 1. Epist. 18.

*Inter cunctas leges, & percontabere doctos,
Quæ ratione queas traducere leniter eum:
Ne te ſemper inopæ agiter, vixitque cupido,
Ne pavor & verum mediocriter uſum ſpes.
Virtutem doctrina parit, naturæq; domes
Quid minus curas: quid te tibi reddat amicum
Quid parè tranquillet, homo an dulce lucellum,
An ſecretum iter, & ſallentis ſemita vite.*

Interea Muſis animus dum mollior inſeſt,
Et que mox miſere legas: nec de ſinas inquam
Teſtim Græci loqui, tecum Romana vetuſtas
Antiquos evolue duces, aſſuſce ſuntæ
Militia, Latium retro te conſer in eum.
Libertas quaſtæ placet, mirabere Brutum.
Perſidiæ dæmoniar, Metius ſatiabere panis.
Triſte rigor nimius: torquati deſpice mores.
Mora impendit huius: Decus venare ruentis.
Vel ſaluſ quaſtæ ſors agas, te ponte ſolito.
Oppoſitæ Coles, Muri de ſtamina docebat.
Quid moræ perſtingat, Fabius quæ rebus in arſite.
Dux gerat, oſtendat Gallorum ſtrage Camillus.
Diſcitur hinc nullis meritis obſiſtere caſus.
Prorogat æternam ſenitæ tibi Punicæ ſamam.
Regole: ſucceſſus ſuperant aduorſa Catonis.
Diſcitur hinc quantum paupertas ſobria poſſit.
Pauper erat Cæcilius, Reges cum vinceret armis.
Pauper Fabricius, Pyrrhi cum ſperneret aurum.
Sordida Serranus flexit diſtator aratra.
Luſtrata libere caſe, faſceſque ſalignis.
Poſſibus aſſuſis, collectæ Conſule meſſes.
Et ſulcat à diuſtate aratro ſua colono.

Perlege quodcumque eſt memorabile: primæ manebit
Condiar Niadas: & amabilis eſt Menandri.
Evoluenda tibi: tu flexus, & acuminis vocis.
Immerſos numerus doctis accubitis eſſet.
Aſſuſque impone legenti, diſtincte ſenſum.
Anget, & ignarus dant intervallo cogere.
Et quando iſta nec contingent dona ſenecta.
Quando obſita tibi: tu flexus, & acuminis vocis.
Complexa hiſtorie ſocæ, ad læque Regum.
Et meliſſe lyricæ modo præſando nouibus.
Obſidiſque ſenſu facies pueræ ſere ſenſus.
Te præſente nepos modulata poemata Flacci.
Altiſſimumque iterum ſas eſt didiciſſe Maronem.
Te quoque, qui Latium lecto ſermonem Terenti.
Curri, & adſtricto percurris palpiſta ſocco.
Ad nova vix memorem diſſeruiſſe ſenectam, & c.

DIÓGENES ab Hegelia rogatus, ut ipſi libros aliquot commoſtato daret: Non ſapis, inquit Hegelia, qui quum caricas non pictas, ſed veras eligas, vera exercitatione neglecta, ad ſcriptam te conſeras. Hoc dicto notavit eos, qui per omnem vitam nihil aliud quàm legunt philoſophorum libros, rectè vivendi præcepta continentes, cum virtus magis uſu diſcatur, quàm lectione. *Trápeiv* Græcis anceps vox eſt, ſignificans ſcribere & pingere. Itaque virtus libriſtis expreſſa, eſt quodam modo picta virtus. Abſurdum autem videtur, in caricis habere delectum, in virtute non item. *Laer. l. 6.*

ARISTIPPUS, cuidam jaſtanti ſe, quòd eſſet *πρόσωπος*, hoc eſt multiplicis eruditionis, quaſi nihil non didiciſſet: Quemadmodum, inquit, non hi qui plurimum edunt, excernuntque, meliſſis valent hiſ qui ſumunt quantum opus eſt: ſic non qui plurima, ſed qui utilia legerunt, ſtudioſi & eruditi ſunt habendi. Graviter taxavit eos, qui tumultuaria immoſdicæ lectione ſemel ingurgitant: nec ea que legunt, trahunt in animum, ſed tantum reponunt in memoria: quare nec doctiores evadunt, nec meliores. *Laer. l. 2. c. 8.*

DEMETRIUS Phalereus Ptolomæum regem adhortari ſolebat, ut ſibi pararet libros de regno, & deque militari imperio gerendo tractantes, eoſque diligenter evolvetet, propterea quòd ea de quibus amici non audent admonere reges, in libris ſcripta habeantur. *Laer. l. 5. c. 5.*

PLINIUS major dicebat, nullum eſſe librum tam malum, qui non aliqua parte prodeſſet. Verum dixit de hiſ, qui nonnunquam quibuscumque libris, ſi quid ineſt frugiſerunt, excerpere. Sed ſunt, qui in libro quantumvis bono nihil veniunt, niſi quòd reprehendant. *Eraſ. l. 8. Apophth.*

ALPHONſUS audiens à quibuldam Cajetanis male literatis, M. Tullii ſepulchrum exire adhuc juxta Formias (ſibi enim villa Ciceroniana inſignis olim fuit, nunc autem Mola vocatur) in via Rom. veniſſis literis inſcriptum, ejus reſt viſendæ percupiſus, ſtatim eum locum acceſſit, & ſentibus tubique primò tumultum purgans, moxque legere inceperans, non M. Tullii, ſed M. Vitruvii inſcriptionem invenit; qua lecta, vultu riſu ſolvens diſiſſe fertur; Cajetanos ex Minerva ſolent quidem accipiſſe, ſed patientiam amiſiſſe. Conſtat autem, Alphonſum Ciceroniane lectionis tam ſtudioſum fuiſſe, nec deſerit ejus tædio aſſici potuerit. *Panorm. lib. 1. de reb. ſoph. Alphonſi.*

ALPHONſUS audiens à quibuldam Cajetanis male literatis, M. Tullii ſepulchrum exire adhuc juxta Formias (ſibi enim villa Ciceroniana inſignis olim fuit, nunc autem Mola vocatur) in via Rom. veniſſis literis inſcriptum, ejus reſt viſendæ percupiſus, ſtatim eum locum acceſſit, & ſentibus tubique primò tumultum purgans, moxque legere inceperans, non M. Tullii, ſed M. Vitruvii inſcriptionem invenit; qua lecta, vultu riſu ſolvens diſiſſe fertur; Cajetanos ex Minerva ſolent quidem accipiſſe, ſed patientiam amiſiſſe. Conſtat autem, Alphonſum Ciceroniane lectionis tam ſtudioſum fuiſſe, nec deſerit ejus tædio aſſici potuerit. *Panorm. lib. 1. de reb. ſoph. Alphonſi.*

ALPHONſUS audiens à quibuldam Cajetanis male literatis, M. Tullii ſepulchrum exire adhuc juxta Formias (ſibi enim villa Ciceroniana inſignis olim fuit, nunc autem Mola vocatur) in via Rom. veniſſis literis inſcriptum, ejus reſt viſendæ percupiſus, ſtatim eum locum acceſſit, & ſentibus tubique primò tumultum purgans, moxque legere inceperans, non M. Tullii, ſed M. Vitruvii inſcriptionem invenit; qua lecta, vultu riſu ſolvens diſiſſe fertur; Cajetanos ex Minerva ſolent quidem accipiſſe, ſed patientiam amiſiſſe. Conſtat autem, Alphonſum Ciceroniane lectionis tam ſtudioſum fuiſſe, nec deſerit ejus tædio aſſici potuerit. *Panorm. lib. 1. de reb. ſoph. Alphonſi.*

ALPHONſUS audiens à quibuldam Cajetanis male literatis, M. Tullii ſepulchrum exire adhuc juxta Formias (ſibi enim villa Ciceroniana inſignis olim fuit, nunc autem Mola vocatur) in via Rom. veniſſis literis inſcriptum, ejus reſt viſendæ percupiſus, ſtatim eum locum acceſſit, & ſentibus tubique primò tumultum purgans, moxque legere inceperans, non M. Tullii, ſed M. Vitruvii inſcriptionem invenit; qua lecta, vultu riſu ſolvens diſiſſe fertur; Cajetanos ex Minerva ſolent quidem accipiſſe, ſed patientiam amiſiſſe. Conſtat autem, Alphonſum Ciceroniane lectionis tam ſtudioſum fuiſſe, nec deſerit ejus tædio aſſici potuerit. *Panorm. lib. 1. de reb. ſoph. Alphonſi.*

ALPHONſUS audiens à quibuldam Cajetanis male literatis, M. Tullii ſepulchrum exire adhuc juxta Formias (ſibi enim villa Ciceroniana inſignis olim fuit, nunc autem Mola vocatur) in via Rom. veniſſis literis inſcriptum, ejus reſt viſendæ percupiſus, ſtatim eum locum acceſſit, & ſentibus tubique primò tumultum purgans, moxque legere inceperans, non M. Tullii, ſed M. Vitruvii inſcriptionem invenit; qua lecta, vultu riſu ſolvens diſiſſe fertur; Cajetanos ex Minerva ſolent quidem accipiſſe, ſed patientiam amiſiſſe. Conſtat autem, Alphonſum Ciceroniane lectionis tam ſtudioſum fuiſſe, nec deſerit ejus tædio aſſici potuerit. *Panorm. lib. 1. de reb. ſoph. Alphonſi.*

ALEXANDER præter modum delectatus eſt Homero, ad eum ut illum ad verbum edidicerit, ac dormiens etiam cervicali ſuppoſitum haberet. Eum aliàs ſummum virtutis præconem interdum poetam & *καλὸν* appellare conſuevit, cujus carmina cenſebat non ad citaram, ſed aliorum, ſed ad tubam potiùs eſſe canenda. Addebat illud, ſe malle Homeri Theſtrem eſſe, quàm Cherilli Achillem. Chetilus erat Alexandri Poeta non ſatis ſelix, qui fertur pactus, ut pro quoquo bono verſu acciperet Philippicum aureum, pro malo colaphum. Idem cum in Sigeo ad Achillis tumulum adſtiſſet: O fortunare, inquit, adoleſcens, qui tuæ virtutis præconem Homerum inveneriſi! *Cic. in orat. pro Archia. Plut. in Alex.*

Cum ad Alexandrum Magnum ſcrinium delatum eſſet, in quo omnes ferè Darii Regis opes ſervate erant, & quaerere-tur, in quemnam uſum deſtinatum poſſit hæc, aliis aliud iſtadentibus, Alexander ait: Hæc optime ſervandus Homerus dabitur. Sentiens, nullam eſſe theſaurum illo pretioſiorem. Ad eum enim Homericæ lectione delectabatur Alexander, ut raro depoſuerit manu ejus Poëſin. *Plut. in ejuſ vita.*

GORGAS, cum forte fortuna legiſſet Platonis dialogum ſui cognominis, qui Gorgias inſcribitur, dixiſſe fertur: *ὦ μάκαρ ἄββη Πλάτων ἰαυβίλλων.* Ut pulchre novit Plato jambiſſare, hoc eſt, mordere. Nam is pes primum ab Archilocho, niſi fallor, reſcriptus eſt ad maledicendum, inde & nomen habet, vel à muliere perulante, & baccha, vel à mittendis jaculis. Si quidem in eo dialogo proſcindit ſophiſtas, id quod niſquam non facit. *Eraſ. l. 8. Apophth.*

THEOCRITUS ad ludimagiſtrum quandam malè pronuntiantem accedens, rogavit: Qui ſit, quòd Gomeſtriam non doceas? Is cum reſpondiſſet, Quoniam ignoto: Quid tunc dixit; nam legere quoque neſcis. *Stob. ſerm. 4.*

A ALPHONSUS, quum opera philosophica Senecae legendo evolveret, rogatus à Davolo, aulicorum præcipuo, cur animus mortalium ita immensus atque insatiabilis foret? respondit rex; Animum hominis à Deo profectum, non prius conquiescere, quam eò rediret, unde profectus esset. Esse proculdubio animum nostrum Dei & æternitatis capacem, propterea neque impleri, neque satiari posse, iis rebus que fluxæ & in cæteris essent: sed Deum ipsum veluti naturalem sedem, & suum quodammodo perfectum bonum appetere, i. solidum bonum. *Panor. lib. 1. de reb. gest. Alph. Idem gloriabatur se decies & quater Testamentum cum commentariis evoluisse. Ibid. Vide infra Tit. Copia.*

HADRIANUM Imperatorem Virgiliana lectione mirum in modum delectatum legitimus, quod mortem suam Virgiliano carmine prædixit:

*Ostendens terris, hunc tantum fata, nec ultra
Esse sinit, &c.
Dion. Cass. in vita Hadriani.*

De Cæsare Augusto Sveton. scribit: Quòd in evolendis utriusque lingue authoribus nihil æquè delectabatur, quam exempla & præcepta publicè vel privatim salubria, eaque ad verbum excerpta mittebat ad Rectores exercituum, & urbium magistratus. Quod de patre suo Veno etiam tradit M. Antoninus sapientissimus Imperator: monet Aufonius iniquis:

*Perlege quodcumque est memorabile; & ut tibi prodest,
Conditor Iliados, & amabilis orsa Menandri
Evolvenda tibi.*

Et verè nihil adeò ad motum vitæ que instituendæ rectam rationem faceret, ac lectionem clarissimorum Scriptorum, auctor est cum aliis Cyprianus. Qui in Tertulliani lectione ita fuit assiduus, ut nullo unquam die ab ea vacaret, & Paulo Scribæ crebris diceret, Porrigite magistrum, nempe Tertullianum. *Ex Hier. in Catal. vir. Illust. Laur. Beyerl. in Apoph. Christ.*

SBERNARD. Prophetarum & Apostolorum scripta, quibus inherebat assiduus, magno in pretio habebat: & Verè, aiebat, hi sunt fontes veritatis, quibus per devotam meditationem in hærendo, plus proficiunt homines, quam longos commentarios evolendo. Proinde apud amicos jocari solitus, Nullo ego, præterquam querubus & sagis, magistro sum usus. *Aut. vite, l. 1. c. 4. Beyerl. ibid.*

Delectus scriptorum. Qui quos legerint, vel legere debuerint.

PHILOPOEMENES Megalopolitanus Dux, scriptis Philosophorum studebat, non quibuslibet, sed ex quibus sperabat fructum se ad virtutem capturum. Ex carminibus Homericis solis attendebat his, quæ ad fortitudinem excitare & incendere existimabat animos. Reliquorum scriptorum exitiorum Commentariis de instruenda acie dabat assiduum operam. Tercebat etiam Alexandri historias, doctrinam debere dicens ad facta tendere, nisi orti causa & inutis loquacitatis perageretur. Siquidem præceptorum acie dirigende, delineationibus que essent in tabulis descriptæ repudiatis, experimenta agebat in re presentè, & meditationem obibat, ac locorum convexa, camporumque prærupta, & quoscumque casus & figuras acie circa flumina vel fossas vel angustias divellendæ, aut contrà conglobandæ, secum in itinere faciendæ, hinc ipse ex pendeat, hinc proponat comitibus suis. Et hæc videtur hic vir plus nimio studii ad disciplinam militarem contulisse, bellicaque artes, sicut amplissimum studium amplexus virtutis, contempsisse, sicut ignavos ejus rudes. *Plut. in ejus vita.*

Quantum Plato vir summus est Philololum miratus, tantum nec minus Platonem M. Cicero: qui utique adeò ejus copiam effinxit, ut penè ille ipse sit factus. Pari affectu Iocratidis jucunditatem est æmulatus, ævum Demosthenis: quorum virtutes aut ex æquavit homo ad eloquentiam natus, aut propria vixit superavit. *lib. 2. c. 7.*

AUGUSTUS Imp. ingenio & doctrina Sallustii, Livii, Virgiliti, Horatii, Afranii Pollionis, Messalæ, Corvini Oratoris insignis delectatus est: quorum scriptis etiam ejus res gestæ immortalitati commendatæ sunt. *Sveton.*

L. CÆPONIUS COMMODUS, Alius Verus Cæsar dicitur, ab Adriano adoptatus, in lecto semper habuit Ovidii & Apicii libros Amorum: Martialem, Virgilium suum appellabat.

RODOLPHUS Agricola Frisus (qui primus nostro ævo Logicam ab inferis redivit) Plinii naturalem historiam nunquam è sinu deponerat. Junioris Plinii epistolæ, Quintiliani

de oratoria institutione libros sibi descripterat, quibus Platonis Ciceronis que nonnulla selectissima addiderat. Hanc Bibliothecam semper circumferre, ceteros libros apud amicos relinquere. *Gerard. Noviomagus in ejus vita.*

ALEXANDER Mammæe F. Platonis præcipue libros & Ciceronis officia legebat. Ex Poetis Serenium Sammonicum, quem noverat & dilexerat: Horatium & Athenæum, Virgilium maxime, quem Poetarum Platonem appellare solebat. *Giral. Dial. Hist. Poet.*

Zenoni Critico oraculum consulenti, Qua ratione optime victurus eslet, responsum ferunt, *εὐνοῦργῶν τὸν νῆρ ἴσπει, ἢ μορτίου concolor fiet: vel, ἢ μορτίου concolor fiet utereur: id est, si scripta veterum legeret. Suid. & Laert.*

D. HIERON. ad Furiam viduam scribens: Post Scripturas sanctas, inquit, Doctorem hominum tractatus lege, eorum dumtaxat, quorum fides nota est. Non necesse habes aurum in luto querere: quorundam nihil margaritis, unam redime margaritam.

D. HIERONYM. Roma relicta Jerosolymam petit: Gentilium nihilominus libros, præcipue Ciceronis, avidè legens. Visum igitur est sibi per quietem, ad superni judicis tribunal in cælum trahi, accusari, verberibus affici, quòd Ciceronianus esset, non Christianus. Verum cum juramento dimissis, ne unquam posthac alios, præterquam divinos codices, præ manibus haberet, tanto deinceps studio legit divina, quanto ante mortalia non legerat. Itaque latentium sub velamento mysteriorum dulcore jam tandem plenius hausto, exclamavit dicens: Quæ pars fidelium cum infidelis: que communicatio luci ad tenebras: quis consensus Christo cum Bellia: Quid facit cum Platone Horatius? cum Evangelis Marto: cum Apostolo Cicero? Demum ait: Non debemus libere simul calicem Christi, & calicem demoniorum. Eadem sentire, si quem non movet admonentis auctoritas, moveant saltem patientis flagella, quæ ille expectet, cum & vibices in corpore apparent, & discedente somno dolores non discederet, intellexit, non saporis fuisse, sed punitionis. *Mart. l. 2. c. 5. Sabell. l. 2. c. 7.*

ALEXANDER M. natura studiosus & multa lectionis erat. Iliada, virtutis bellicæ & credens & appellans institutionem, accepit ab Aristotele correctam, quam ex narthecio vocant. Eam semper cum pugione, ut prodidit Onesicritus, repositam habebat sub pulvino. Aliorum librorum, cum in superioribus provinciis non esset ei facultas, mandavit Harpalo, ut mitteret. Ille misit ei Philisti libros, Euripidique, & Sophoclis, & Æschyli tragediarum magnam vim: Telestis quoque Philoæque dihyrtambos. *Plut. in Alexandro.*

CASSANDER Rex Macedonia, ita erat Philometus, ut complura ejus carmina memotiter sciret, Iliademque & Odyseam haberet peculiarem manu scriptam. *Athen. l. 14. c. 7.*

ARCESILAS Pritanæus ex Æolide, Homerum omnibus præferebat, eumque amatum suum vocabat, noctu semper & summo mane aliquid in eo legens. Pindarum dicebat imprimis idoneum esse ad verborum nominumque copiam comparandam. *Laert. lib. 4.*

POLEMO Atheniensis Philosophus, Sophoclis in primis studiosus erat, & Homerum quidem Epicum esse Sophoclem, Sophoclem verò Homerum Tragicum dicebat. *Idem.*

ENNIVS, nisi Homerum miratur frequenter quoque lectasset, nunquam illius se animam fortitum testatur esset. Sed somnium illud verius fuit, quam vaticinium. *Sab. lib. 2. c. 7.*

TIBERIUS Imp. tantum Parthenium vatem, Ariarum & Euthorionem fecit, ut trium poetarum carmina & imagines inter vetusta & illustrata vatum monumenta omnibus Bibliothecis religiosè propemodum dicitur. Quos nisi frequenter legisset, nunquam tam impense laudasset. *Idem.*

CLAUD. Celsita Homæica lectione delectatus est, ut totum ejus poema ferme edidicerit, semper pro loco & ratione ejus dulcissima ac divinitatis plena carmina in medium profertens. *Volat. l. 2.*

JULIANUS Cæsar Bacchylidis carminibus, sicut & Hiero tyrannus, plurimum tribuit. *Vide Tit. Lyricorum.*

D. AUGUSTINUM Virgiliana lectione adeò delectatum esse memorat proditum est, ut librum *Æneid. 4.* abque lachrymis legere non potuerit: quum sciret, totum argumentum de amore & morte Didonis reginæ, à poeta confectum

A **ANCIUM.** *Jacob. Spigelius tom. in gesta Alphonsi, lib. 2. cap. 23.* ANTONIVS URCEVVS Codrus, Grammaticus Brixientis, roganti cuidam, quò se conferret, ad Amasium, respondit: significans se Homeri poetam, qua plurimum delectabatur, velle legere. Illum enim usque adeò laudabat, ut jurejurando affirmaret, eum non hominem, sed ex Diva unum fuisse, qui olim vixerit inter homines, donec illa divina scriberet carmina. Dicere etiam solebat, immutabili æternitate perpetuum fore Homerum, Deoque ipsos poetis perituros, quam Homeri Poemata. Dignum sanè homine atheo ephiphonema. *Barth. Bonon. in ejus vita.*

CAIVS GRACCHVS Tiberii frater, à puero flagranti ingenio fuit, orator insignis, grandis verbis, sapiens sententis, genere toto gravis. Legendum hunc putavit oratorum Cicero in Oratore, si quemquam alium, juventur, quòd non solidum acutere aciem, sed alere ingenium possit. *Volat. l. 16. Anth.*

CHRISTOPHORVS Longolius folum Ciceronem legere voluit, suavi Titio Bembi: ne qui Ciceronianam ideam affectabat, alienorum scriptorum lectione scabiem quandam contraheret.

ALPHONSVS Aragon. Livii Decades summa cum voluptate & magnanimitate dono sibi ab hoste missas legit. *Vide Tit. Bibliothecarum.*

SELMVS Turcarum Imperator Alexandrum Magnum, ac dictatorem Cæsarum plura, quam alios omnes antiquos duces ferebat. Quamobrem etiam iporum gesta in Turcicam linguam versa sine intermissione legebat. *Paul. Jovius in ejus vita.*

P. SERTIO Africanus Socraticum Xenophontem in manibus habebat: cujus in primis laudabat illud, quòd diceret, eosdem labores non esse æquè graves Imperatori & militi, quòd ipse honos laborem levitorem faceret Imperatorum. *Cic. lib. 2. Tuscul. q. 2.*

ISIDORVS Philosophus, qui (ut ait Damascius) accuratissime scripta veterum examinabat, post Platonem Jamblicho maxime fudebat, & Jamblichi amicus & comitibus: quorum optimum esse affirmabat civem Syriarum, Procli magistrum. Sed neminem contemnendum censebat, quòd vera scientia cognosceretur. *Sidas.*

CAROLVS MAG. in Academia Parisiensis Aristotelem tradi iussit: quia nemo alius inter Græcos & Latinos extaret in inquirendi veri absolutior artifex. *Curr. l. 2. Chron.*

FRIDERICVS II. Imper. curavit fieri translationes operum Aristotelis, & Medicorum, & lingua Græca & Arabica: & Bononiam eadem misit, ut Academiæ offerrentur: quod ejus ex epistolis accidit. *Collennius lib. 4.*

Nullum librum tam malum esse, Plinius inquit, qui non aliquid boni doceat. At quid, si plura mala quam bona? Judicio ergo summo opus est, ut bona à malis discernantur, ne dum Homerum sectamur, in Chærilum per imprudentiam incidamus. Eo consilio usi Patres sancti, multa Evangelia, que sub nomine Apostolorum, Matthæ, Bartholomæi, Thomæ, circumferebantur, Petri quoque cum Apollone disputationem, Barnabæ Epistolam, Acta quorundam Apostolorum, publico edicto combusserunt: quòd vel hæreticorum essent scripta, vel certè ab illis multis in locis corrupta. Eusebii pariter, Origenis & Lactantii, Clementis interrita scripta examinarunt, & multa in illis adulteria inveniunt. Eos quoque libros, qui Hippolyti martyris nomine circumferebantur, supposititios esse judicant. *Fulg. l. 1. c. 1.*

GENNADIUS Constantinopol. Episcopus, ut & Leo Rom. neminem ad sacros ordines admittent, qui non egregiè Platerium frequenti lectione sibi familiare fecisset. Nicephorus Gennadio, Theodoros Lector Leoni attestat.

D. Hieronym. ad Letam sic scribit de Institutione Filie: Dicit primò Platerium, his se canticis avocet, & in proverbis Salomonis eruditur ad vitam. In Ecclesiaste confiteat, quæ mundi funt, caleare. In Job virtutis & patientie exempla sectetur. Ad Evangelia transeat, nunquam ea depositura de manibus. Apostolorum Acta & Epistolæ tota cordis imbibat voluntate. Cumque peccatoris sui cellarium his opibus locupletaverit, mandat memorie Prophetas, Pentateuchum & Regum & Paralipomenon libros, Eide quoque & Euther volumina. Ad ultimum sine periculo dicit Canticum canticorum, ne si in exordio legerit, sub carnalibus verbis spiritualium nuptiarum epithalamium non intelligens, vulnereur. Caveat omnia apocrypha. Et si quando ea non ad dogmatum veritatem, sed

ad signorum reverentiam legere voluerit: sciat, non eorum esse, quorum titulus prænotantur, multaque his admixta vitiosa: & grandis esse prudentiæ, aurum in luto querere. Cypriani opuscula semper in manu teneat. Athanasii epistolæ & Hilarii libros inoffenso decurrat pede. Illorum tractatus, illorum delectetur ingenis, in quorum libris pietas fidel non vacillet. Cæteros sic legat, ut magis judicet, quam sequatur.

D. AUGUSTINVS, etiamnum catechumenus, indicat per literas Antistiti Mediolanensi S. Ambrosio pristinos errores suos, & præsens vorum suum baptismi: ut moneret, quid potissimum sibi de libris Sacris legendum esset, quòd percipiendæ tantæ gratiæ paratior aptiorque fieret. At ille iussit Elaiam prophetam, quòd præ cæteris Evangelii vocationisque gentium sit prænunciator apertior. At Augustinus primam hujus lectionem non intelligens, totumque talem arbitraris, distulit repetendum exercitator in Dominico eloquio. *Lib. 9. Confessionum, cap. 5.*

DAMASVS Pontifex, primus Hieronymi scripta recepit, receptaque illustravit, & auctoritatem non parvam tribuit: ut Psalmi & Biblici libri, quos in Latino vertit, omnibus Ecclesiis legerentur, instituit. *Sab. lib. 9. En. 7.*

ANDRONICVS Comnenus tyrannus, Pauli Apostoli epistolæ supra modum amavit, & melle idè prophanæ refectus, literas suas elegantissimas ad persuadendum efficacius instruxit. *Nicetas lib. 2.*

CINDASVINDVS Gothorum in Hispan. Rex optimus, misso ad summum Pontificem Legato D. Tayone Episcopo, petit ad se transmitti Morales libros D. Greg. Papæ. Cui Papa respondit, se quidem libros illos libenter mittere velle, si inter tot librorum volumina, quæ in Rom. Ecclesiæ Archivio continentur, reperiri possit. Mæstus eo responso nunciis, in templo D. Petri & Pauli ad divinum auxilium se convertit factum: que est, ut media nocte S. Apostoli, & cum eis S. Gregorius ineffabili charitate fulgentes, oranti apparent, locumque designarent, in quo librum inveniret. Itaque annuente summo Pontifice, liber in Hispanias est translatus. *Juanes Magus lib. 16. cap. 20.*

CAROLVS M. universos veteris ac novi Testamenti libros librorum Imperitæ, lectorum ocitantia, interpretum incertitia, & incuria temporum depravatos, ad amissum & veritatem fontis correxit. Extat publicum decretum, nec finit, ut ipse loquitur, in divinis lectionibus, templisque, inter sacra officia inconditos sollemnios, barbarissimolque inconclinos obtreperet. *Avent. l. 4. Annal. Bojorum.* Jam tenet, religioni sacrique literis indies se magis debebat, D. Augustini lectione in primis delectatus, præsertim eorum librorum, quos de Civitate Dei condidit. *Emil. l. 3. & Avent. l. 4.*

S. Bernardus. *Vide supra Lectiois fructus.*
Vide etiam infra Lectio S. Scripture.
Modus legendi.

AUGUSTVS Imp. præcepta, & exempla publicè vel privatim salubria, aut ad domesticos, aut ad exercitum provinciarumque rectores, aut ad urbis magistratus plerumque mittebat, prout quique monitione indigerent: etiam librostotos & Senatui recitavit, & populo notos per edictum sæpè fecit: ut orationes Q. Metelli de prole augenda, & Rutilli de modo ædificiorum: quò magis perhaderet, utamque rem non à se primò animadvertam, sed antiquis jam tunc curæ fuisse. *Svet.*

PLINIUS nihil unquam legit, quod non exerceperet: cum dicere solet, nullum librum esse tam malum, ut non aliqua ex parte prodesset. Hoc studiorum genere Cæsar Dicator est delectatus, à quo adolescentulo ferunt condita, ob id dicta Collectanea.

AVICENNA inter legendum si quid prius sibi ignotum reperisset, in libello *ἐκκαρτῶν*, quem secum assidue circumgestabat, annotare solebat. *Solorzan. in ejus vita.*

RESPECTU EFFICIENTIS QUI legit. Huc pertinet

LECTIO OBITA, SUSCEPTA.

Quoad

Studium, Diligentiam, assiduitatem, Constantiam.

Esseni Judæi summum studium veterum scriptis adibent, ea maxime inde, quæ animæ & corpori expedit, eligentes. Hinc illis morborum remedia, stirpes medicæ, quamque vim

pro-

pro-

pro-

pro-

pro-

pro-

pro-

pro-

pro-

pro-

A Propriam singuli lapides habeant, rimantibus conquiruntur. Joseph. lib. 2. c. 7. belli Iud.

ARGESILAUDS Pitaneus, Philosophus & Poeta, Crantoris discipulus, Homeri adeo studiosus fuit, ut eum amasium suum appellaret: & cum iret cubitum, manequer surgeret, semper aliquid ex eo perlegeret. Laert. 1. 4.

Didicit Alexander Macedo non pauca ab Aristotele, sed puer: adultus vero, medioque gerendarum rerum ardore, Homeri carminis lectione captus, tanto ejus rei studio tenebatur, ut aureum scrinium gemmis affabre exornatum in Dariana praeda reperit, in eum usum legeret, ut Homeri opera ed inclusa bellicis gestarentur expeditionibus. Eiusdem quoque carminibus noctu pulvinari subiectis indormiebat. Dignus qui tantum vatem sortitus esset, aut certe talem, ut ne ium Aecida invidere deberet. Sab. 1. 2. c. 7.

PLATO xxiii. anno aetatis moriens, sub capite Sophronis numeros habuisse fertur. Sic ne extrema quidem ejus hora lectionis studio vacua fuit. Val. lib. 8. c. 7.

P. SCIPIO Africanus Socraticum Xenophontem in manibus semper habebat: cujus in primis laudabat illud, quod diceret, Eodem labores non esse, quae grandes Imperatori ac militi, quod ipse honos labore leviori faceret Imperatorum. Cic. lib. 2. T. 9. c. 4. 4. 4.

P. VIRGILIUS MARO, qua in imagine censendus est Ennium legisse, quoties repetitum dextra laevaue pertractasse, recum pondera exegisse, verba per sitasse, qui forte rogatus, quid ageret, Se autem colligere dixit ex Ennii stercore Sabell. 1. 2. c. 7.

NERO Caes. cogitans de rebus gestis Rom. verbis scribere, evoluit magnum numerum librorum, antequam aliquid componeret. Dion. & Suet.

D. CYPRIAN. in Tertulliani lectione tam fuit assiduus, ut nullum diem absque ejus lectione praetermitteret, & notario Paulo saepe diceret: Da magistrum, Tertullianum scilicet. Hieronym. in Catal. vir. illust.

D. AMBROSIIUS Episcop. Mediolanensis, cum legebatur, oculi ducebantur per paginas, & cor intellectum rimabatur, vox autem & lingua quiescebat. Saep cum adessent alii (non enim vetabatur quisquam ingredi, neque ei venientem nunciari mos erat) sic cum legentem videbant tacite, & aliter nunquam: sedenteque in diuturno silentio (quis enim tam intento esse coneri audeat?) discerebant: & conjectabant, eum parvo illo tempore, quod reparanda menti suae nanciscatur feriatum ab strepitu caularum alienarum, nolle in aliud avocari, & cavere fortasse, ne audire suspensus & intento, si qua obcurtus potuisset ille, quae legeret, etiam exponere necesse esset, aut de aliquibus difficilibus disceptare. questionibus, atque huic operi temporibus impensis, minus quam vellet voluminum evolvere: quamquam & causa servanda vocis, quae illi facillime abundebatur, poterat esse iustior tacite legendi. D. August. lib. 6. Confess. cap. 23.

De Hierarione & Antonio. Vide Tit. sequentem.

De Marcela, vidua nobili ac sancta femina, Hieronym. sic scribit: Divinarum Scripturarum ardor incredibilis ei semper cantabat: In corde viro abscondi eloquia tua, ut non peccet tibi. Et illud de beato viro: In lege Domini voluntas ejus, & in lege ejus meditabitur die ac nocte. Meditationem legis non in replicando quae scripta sunt (ut Judaeorum existimant Pharisaei) sed in opere intelligens, juxta illud Apostolicum: Sive comeditis, sive bibitis, sive quid agitis, omnia in gloriam Domini facientes. Idem.

D. Thom. Aquinas. Vide ex proximo titulo.

Cecilia Rom. virgo. Vide ibid. vii. & de Sylvia Ruffini Alexandrini forore.

Theodosius Imper. Arcadii filius, praeter ceteras laudes, factorum lectioni adeo fuit intentus, ut noctu eis legendis operam navaret, lucerna se sponte sua accendente, & oleum affundente miro artificio, ne quem ministrorum eo labore gravaret. Niceph. lib. 1. c. 3.

ALFREDUS Anglorum Rex psalmos & orationes in unum libellum compactos, quem Manualem appellavit, circumferrebat. Ranulphus lib. 6. c. 1.

Dantes Algerius. Vide inf. §. Tempus, Locum, Quando. Alphonsus Arag. Vide supra de Alphonsis.

Idem C. Julii Caes. commentarios in omni expeditione secum tulit, nullum omnino intermittebat diem, quin illos accuratissime legeret, laudaretque & dicendi elegantiam, & belli gerendi peritiam. Pavor. lib. 1. de Rebus gest. Alphonsi.

JULIANUS Cardinalis S. Angeli, qui Basileensi Concilio praefuit, libros veterum cum in Bibliotheca legeret, accessit quidam qui diceret: Quid tu hic inter mortuos latitas? ad nos

tandem, qui vivimus, exi. Et Julianus: Imo, inquit, si facti ma vivunt: tu neque nomine, neque re vivis. Aeneas Sylvius lib. 3. Com. Alphonsi.

Pii II. Pontificis voluptas omnis, quando a munere publico vacabat, in lectione & scriptione frequenter reposita erat. Libros plus quam sabbatos & smaragos charos habuit, quibus chrysolithorum magnam copiam inesse dicebat. Platina.

Leo X. Pont. legendi ac relegendi oblata quaque, & prelatos etiam codices, abique ulla fastidii suspitione avidissimus aequae & patientissimus fuit, adeo ut cum in incomparabili memoria frueretur, omnium gentium seculorumque hitoriarum in exemplum actionum suarum opportunissime recitaret. Jovius in ejus vita.

Copiam. Lectio

Multa.

ARISTOTELES ex nobili lectionis multijugae variantique cura, est a Platone Anagnostes nuncupatus, tanquam lector fore infatigabilis, & σχολιαστής plane, ut Graeci dicunt, ac sutor inexplabilis. Cal. 17. Antiq. lect. ex Philopono.

AVICENNA Medicus, etiamnum puer, Metaphisicos libros quadragesies evoluit, Euclidem quinque perlegit. Sarzan. Arabs in ejus vita.

Profectum. Lectio

Cum fructu.

Consule Tit. Aristod. dicit, quatenus memorandis magistrorum opera nuntur.

D. AUGUSTINUS, dum inter Dialecticorum sophisnata Christianis quaereret, haerese implicaverat Manichaeorum. Tandem Pauli Apostoli Epistolas evolvens, reperit scriptum: Induimini Dominum Jesum Christum, ac statim discussis erroris genibus, apicere cepit lucem veritatis. Consultum ergo Ambrosium Episcopum, quid primum in sacris legere deberet, quod confidentius Catholicae fidei posset adherere. Erat divini, Etiam sibi legendum esse, utpote qui ea quae Christo contigissent, explicatis prophetariis, & gentium vocacionem annis multis post futuram quasi praesentem viderit. Denique ab Ambrosio baptizatus, diu eos codices perlegendo, non solum fidelis, sed etiam Ecclesiae Doctor praestantissimus evasit: cujus paulo ante, dum saecula tantum scientiae studentes, fuerat oppugnat. Marul. lib. 1. c. 5. Sab. lib. 2. c. 7.

Leo Philoponus a Michaelis Piello philosophiae praecipitis initiatus potius quam eruditus, monasteriorum per totam seculi Graeciam Bibliothecas per vagatus est, & librorum diligentissime lectione ad summum eruditionis fastigium pervenit. Cedrenus.

D. BERNARD. Clarevallensis Abbatem nullo magistro usum ajunt, sed sola legendi orandique assiduitate mysticos de Scripturis sensus elucisse. Marul. & Sab. lib. 2. c. 7.

Petrus Trecentis presbyter, ob crebras Scripturae sacrae auditorias, quibus & scribendo & concionando utebatur, Comestoris cognomen adeptus dicitur, quasi qui diligenter lecta assidue ruminando sua faceret. Trist. de Script. Eccl.

CHRISTOPHORUS Columbus, novae Indiae repertor, Platonis auctoritate in Timaeo, ubi Atlanticam terrae motu abiectam scribit, & Seneca in Medea, ubi de novo orbe inventiendoc vaticinium profert, excitatus, negotium in nempe antea tentatum, philosphorum tantum scholis notum, suscepit, & anno mcccxciii. perfect. Petrus Cieza Tom. 2. rerum Indicar.

Gloriam assidue Alfonso Regem Aragon. paulo ante diximus, quod Biblia quater & decies cum glossis & commentariis perlegisset. Proinde illa ita memoriae etiam incolpuit, ut non tantum res, sed longum etiam verborum ordinem absque libro audientibus recitare poterit. Panorm. lib. 2.

Absque profectu. Lectio inutilis.

ARISTIPPUS Philoponus cuidam iactanti se, quod esset σοφιστής, hoc est, multiplicis eruditionis, quasi nihil non didicisset: Quem admodum, inquit, non hi qui plurimum edunt, excernuntque, melius valent his qui sumunt quantum opus est: ita non qui plurima, sed qui utilia legerunt, studiosi & eruditi sunt habendi. Gravior taxativae, qui tumultuaria immodicae lectione semet ingurgitant: nec ea quae legunt, transferunt in animum, sed tantum reponunt in memoria: quare nec doctiores evadunt, nec meliores. Laert. 1. 2. c. 8.

Mar.

A MARCELLUM, Eumodii sodalem, octo libros historiae Thucydidis edidicisse refertur; qui tamen nihil auditu dignum dixit. Nonniam item ajunt totum Demosthenem sexies edidicisse, sed ne os quidem ad commodam orationem habendam aperire potuisset. Svidas.

Cum Damno.

CLEMENROTUS in Platonis Phaedro totus haerens, cum legeret, Philosophum mortem meditari oportere, nec quid sentiret Plato videns, atque via id assequi conveniret, se e moero precipitem dedit. De eo legitur tale epigramma in 3. Epigramm.

Εἶπας, ἢ τί γὰρ, κλειρότερον ἀμβροκλιόντων, ἢ λέειν ἐξ ἑσῶν τήχων εἰς αἰδῶν. Ἄξιον ἴδω ἰδῶν δακρυοὺς κλάδων, ἴδω ἰδῶτων. Ἐν τῷ αἰεὶ ἄφῃτι ἄρα μὲν ἀναξείδωτον.

Tempus, Locum. Quando, Ubi. Lectio tempestiva, opportuna, vel econtra.

CATO minor praetorius adhuc, bello civili Pompejano, Pompeii, hoc est ipsius Reipubl. & libertatis partes adversus C. Caesaris tyrannidem secutus est. Victo ad Pharsaliam a Caesare Pompejo, & in Africa Scipione Metello Pompeii focero, ipse fracta fortuna partium, cum omnia superata esse a Caesare videret, Utica, quae civitas est in Africa, perlectio prius bis eadem ipsa nocte Platonis Phaedone de Animae immortalitate, gladio se transfixit. Ludov. Vivet in Lib. 1. de Civ. Dei c. 23.

DANTES in taberna libraria librum diu desideratum nactus, tam avidè legit, ut domum revertens sanctè affirmaverit, nihil se eorum quae in foro acta essent, animadvertisse. Aeneas Sylv. 1. Com. in Panor. Alfonsojum.

LECTIO NON OBITA, NULLA, OMISSA, REMISSA.

DOMITIANUS Imp. nunquam aut historiae carminibusve cognoscendis operam ullam dedit. Praeter commentarios & acta Thiberii Caesaris, nihil legebatur. Suet.

ARCHIAS Thebanorum tyrannus acceptam in convivio epistolam, conjunctionis indicem, cum resignare noller, in C. Iulium ferat differens, a Pelopida inter pocula caesus est. Plut. in Pelopida.

C. IUL. CAESAR libellum sibi in Senatum missi, ubi a conjuratis interfectus est, conjunctionis seriem edulterem, oblatum, in sinum coniecit, apud infetos scilicet per otium lecturus. Plut.

NIETHORTUS Phocae Imp. quom libellum indicem conjunctionum legere differret, sequenti nocte insidias Theophaniae uxoris & Jo. Zimicis in lecto caesus est. Zonaras.

THEODORUS medicus Constantinopolitanus, miserat ad D. Gregorium Pp. magnam pecuniam vinu pro redemptione capivorum. Eius liberalitatem Gregor. 1. 4. Epist. 84. & lib. 8. Epist. 189. commendat: negligentiam interim in evolvendis sacris litteris reprehendit, inter cetera his verbis usus: Imperator caeli, Dominus hominum & angelorum, pro vita tua has epistolas transmisit, & tu illas ardentè legere negligis? Quid est enim Scriptura sacra, nisi quaedam epistola omnipotentis Dei ad creaturam suam?

LECTIO S. SCRIPTURAE.

UTILIS, ET QUANTUM LICITA.

CHRISTUS Phariseos & legis Doctores credere nolentes, quod ipse esset Messias, remittit ad Scripturam, quas illi assidue evoluebant, testimoniam, dicens: Scrutamini Scripturas, quas vos putatis in ipsis vitam habere: & illae sunt, quae testimonium perhibent de me: ubi Christus non mandat omnibus legere aut scrutari Scripturas, ut volunt Novatores, qui hoc loco triumphant, tanquam quo tueantur & afferant licentiam quam usurpant, legendi passim & interpretandi Scripturas divinas: sed loquitur dumtaxat doctores, & in Scriptura veritas. Neque rursus mittit illos ad solas Scripturas, sed insuper ad testimonium Joas. Baptistae, & miracula, ac testimonium Patris aeterni, & loquitur de Scriptura veteris Testamenti divotaxat, quae sola tunc erat.

PAULUS quoque Timotheum hortatur, Tu vero permance in his quae didicisti, & credita sunt tibi: sciens a quo didiceras, & quia ab infantia factas litteras nosti, quae te possunt instruere ad salutem. &c. q. d. vice mei tibi relinquo S. Scripturam, L. B. Theat. vir. Human. Tom. IV.

quasi Doctorem, ut in ea Deum loquentem audias, & docentem. Nam ut ait August. serm. 112. de temp. Tom. 10. Dum oramus, cum Deo loquimur: Cum legimus scripturas, Deus loquitur nobiscum. 2. ad Tim. c. 2.

Idem Apostolus exigit solum ab Episcopo, ut sit potens exhortari in doctrina sana, & arguere contradicentes; neque enim ita vilis est sacra Scriptura sermo, ait Nazianz. ut indocili vulgo, & per terram adhuc repentibus homunculis pateat.

Conqueritur S. Hieron. ad Paulinum, Quod medicorum est, promittunt medici, trahunt fabrilis fabri; sola ars Scripturarum est, quam omnes passim sibi vendicant, hanc garrulatus, hanc delirus senex, hanc sophista verbosus, hanc universi praesumunt, haerant, docent, antequam discant.

Pulchre S. Basilus, Demostheni coquo Imperat. Valentis de Scripturis differere volenti: Tuum, inquit, est de vulmentariis cogitare, non dogmata divina decoquere. Hystor. Tripart. 1. 7. c. 36.

Interim ex Apostol. praeepto 1. Pet. 3. debet quisvis Christianus eam sibi comparare sapientiam, ut de fide & spe rationem possent, pro modo suo valeat respondere, etiam si generalia dumtaxat forent, nempe, Apud Deum non esse inoperabilia omne verbum, Ecclesiam esse columnam & firmamentum veritatis, & similia: qui vero ex his sunt prudentiores, uti ter legent S. Litteras, dummodo captivent intellectum suum in obsequium fidei, in earum interpretatione; neque enim in legendo virtus sensusque Scripturae, sed in intelligendo consistit. De quo latius in loco de Scripturae sanctae, sive Bibliis. Est enim Scriptura sacra juxta Paulum 2. ad Timoth. c. 3. utilis ad quatuor: Primò ad docendum, nempe sanam doctrinam: Secundo ad arguendum haereticos: Tertio ad corripiendum & emendanda vitia: Denique ad instructionem, ad omnium morum honestatem, sanctimoniam, & perfectionem. Atque ob hos fines variè utiturque sexus Sanctis Scripturis evolvendis se plurimum impendunt.

EXEMPLA HISTORICA.

Qui S. Scripturam legerint.

HILARION Abbas in omni sanctitatis genere memorandus, Scripturas divinas (ut inquit Hieronymus) post orationes & Psalmos, quasi Deo praesente, recitabat. Quae enim per Prophetas & Apostolos, dictante Spiritu S. prolata noverat, ea non irreverenter, nec inconsideratè, neque omnino ineptè legenda judicavit. Hieron. in vita ejus c. 3.

BASILUS ille magnus, cum primitus mundanae philosophiae studiis plurimum delectaretur, ubi deinde scientiae spiritalis dulcedinem gustare cepit, illa contempsit, & huic soli totum se dedit. Sicut qui eum dicant panis ac vini usum sibi interdixisse, donec Mysteriorum intelligentiam plenius perciperet. Parum erat saecularem sapientiam divinae postposuisse: duo praecipua vite humanae sustentamenta, panem & vinum, a se abdicavit, dum cibos colligit vite aeternae. Quorum suavitatem Propheta quoque admiratur, dicens: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, Domine I super mel ori meo. Sur. Tom. 1.

D. HIERONYMUS Vide sup. Delectus Scriptor. §. Etimicos.

BERNARDINUS, cujus praedicationibus Fratrum Minoru Collegium crevit, primum quidem Pontificii juris disciplinam operam dedit: postquam autem ad Theologiam animum applicuit, ei studio se prorsus totum tradidit, adeoque ipsum delectavit de Deo sermo, ut mox relicto saeculo, Religionem sibi ingressus. Itaque juris peritia virum quidem bonum constituit, sed Theologiae ratio etiam perfectum reddidit. Altera neminem offendere docet, altera semetipsum quoque abnegare, & Crucem tollere, & Christum sequi omnibus suadet, multisque persuadet. Sur. Tom. 3.

Sacrarum litterarum studiosissimum etiam Stephanum presbyterum Constantin. fuisse accipimus. Qui quoniam omni vite perfectione praestantissimus fuit, videtur, quicquid legerat opere implese. Ut se probaret, non viam, de qua semen verbi Dei ab avibus auferret: non petrosam, in qua arcescit non spinas, in quibus suffocatur; sed terram illam bonam, in quam cum ceciderit, fructum afert virtutum. Niceph. lib. 22. & Zonar. in Coppon.

EQUITIUS Valentis urbis monasterii Abbas, ne qua die deesset quod legeret, quocunque ibat, scortas manticas libris referens secum deferrebat, neque illi oneris hujus molesta erat gravitas, dum lectionis sacrae compensatur utilitas. Sic nec mitem strenuum ferrea lorica, cassis, ensisque gravant, quae sibi soluti fore sperat: Utque his munitis in certamen prodit, & confidenter cum hoste congredi solet, ita qui sese lectionibus

A divinis libenter instruit, omnia diaboli machinamenta facile contemnit. Greg. Dial. l. 1. c. 5.

ANTONIUS monasterii olim à B. Gregor. Romæ constructi monachus, non (ut multi) captiolam, argutamque scientiam in legendo perquisivit, sed pie vivendi doctrinam, cordis compunctionem, penitentia lachrymas. Illis duntaxat lectionibus occupabatur, unde tales fructus possit carpere: multo malens effici sanctus, quam variatum questionum disertatione eruditus, cum scriptum sit: Melior est indoctus timens Deum, quam doctus transgrediens legem. Gregor. Dial. l. 4. c. 47.

THOMAS verò Aquinatus vaticinia Prophetarum legenti, ut alibi diximus, cum in locum obscuriorem incidisset, hereticeque velut in salebra, atque adeò intelligentiam efflagitaret, Petrus & Paulus Apostoli apparuerunt, & quod querebatur, exponentes, satis ei fecere. Id quoties legentibus nobis usu venerit, doctores consulamus; vel Thomæ exemplo, à Deo eruditi instruique preceamur: nec interim Scripturam ab Ecclesiæ institutione dissentire putemus, sed nos non intelligere. Et fanè melius est aliquid non intelligere, quam malè intelligendo errare. Anton. Piz. an. Sur. Tom. 2. Idem sanctus ita solet studio plebitali Scripturas perhibere, ut interdum neque propius affantes viderit, neque interpellantes audierit, sensibus omnibus cum mente simul uni lectioni intentis. Hinc est, quòd ad confirmationem Fidelium, infideliumque consultationem, tales nobis Commentarios reliquit, ut nihil in Ecclesia quicquam scriptum sit, nihil nodi, quod non explanatum in illis absolutumque invenias. Declaratio sermonum eius illuminat, & intellectum dat parvulis. Et ipse verè Scriba doctus in regno cælorum, profertens de thesauro suo nova & vetera. Ibid.

GERVASIUS & PROTHAS gemelli fratres, qui se uno partu editos, non magis formæ, quam morum similitudine comprobant, cum persecutionem fugientes, annos decem domi latuissent, toto eo tempore nihil aliud quam orasse atque legisse narratur. Quanta autem hoc vitæ institutum perfectionis esset, diaboli invidia patuit. Qui in idolo loquens, dum consuleretur, non se prius responsa daturum dixit, quam Gervasius Prothasiusque sibi thura adolerent. Sed qui legendo fidem, orando constantiam percerat, occidi potuerunt, cogi autem, ut Christum negarent, non potuerunt. Itaque inimici malignitas atque doli in contrarium esse: quos perdere cupiebat, martyrii corona honestatos vidit. Armis enim, quæ de manibus illorum eripere cogitaverat, ipse victus succubuit, hoc est oratione & lectione. Amb. Epist. 85. Metaph. & alii. Sur. Tom. 3.

SERVULUS mendicus, & aeger, & literarum ignarus, Ecclesiastica opuscula ex elemosinis comparaverat, aliis quidem legenda, quoties lectorem nactus fuisset: sibi verò auscultanda atque educenda. Audiendi assiduus ita reddidit eruditum, ut aliis memorter prædicaret, quæ ipse legere nesciebat. Quò magis illi arguendi sunt, qui literatura imbuti, proficete negligunt, & legendi laborem resurgentes, otio lese ignaviaque contempnendo tradunt. Inde fit, ut ad omnem fortunæ lectum parvum inbecilleque sint. At Servulus noster mundi calamitates ridens, inopiam divitis, ægrotudinem sanitate præferbat. Quia lectiones audiendo didicerat: Usque in tempore sustinebat patiens, & postea reddito iucunditatis, Greg. 4. Dial. c. 14. & Hom. 15. in Evang.

Sed ne feminas quidem ab hoc studii genere alienas fuisse monstrabimus. Traditum est, Sanctam Dei Genitricem Virginemque Mariam ab hora diei nona usque ad occubitum Solis lectionibus veteris Testamenti sese exercuisse, ut scias, huic rei tempus certum decerni oportere, sicuti & orationi ceterisque huiusmodi negotiis. Nam ut arborum fructus, qui statutis diebus proveniunt, paulatim aucti dulcescunt; qui autem præcoces vel serotini, id est non suo tempore apparent, strepè decidunt, & prius corrumpuntur, quam ad maturitatem pervenerint: Ita religiosæ actiones, ordine servato, juvant; ceterum, ædium sui faciunt, & plerumque mentis affectum languere cogunt.

Ei curæ nocturnum tempus Sylvia Rufina Alexandria Præfæcti foror dedicaverat, quam quidem eloquentissimam fuisse ajunt, & cum in eremo Thebaidis vitam duceret, fama sanctitatis plurimum claruisse. In solitudine ergo invenerat, quemadmodum sola non esset, eorum propè consuetudine ac familiaritate urens, quorum in Deum pietatem lectitando considerabat, considerando amulabat, amulando æquabat. Pallad. Hist. 142.

CÆCILIA Rom. Patrii quidem generis virgo, sed fidei claritate superans genus, dicitur Evangelicum codicem nunquam à se dimisisse, & si quò illi evadente esset, in sinu repositum secum tulisse, colloqui ejus in Scripturis assidue fruens,

quem gelabat in præcordiis. Sic castitate conservavit, sic ad Martyrii palmam pervenit, tormentorumque acerbitatem forti animo pertulit, dum ad Christum festinat, cuius dulcedine quotidie aliquid de illo legens capta fuerat. Metaph. Sur. Tom. 6.

Hinc transfer quodam ex Titul. de delect. Scrip. Quos legent, s. Pias. Item de Lectione obita quoad studium diligentiæ.

LECTIO S. SCRIPTURÆ

MIRACULO CONFIRMATA.

Quam verò grata acceptaque Deo sit sanctæ lectionis cura, miraculorum quoque testimonio probari potest. Edmundus Cantuariensis Archiepiscopus, dum Biblia legit, soporatur, candela ardens super paginas lapsa, ipsa consumitur, sed librum inoffensum reliquit. Flamma ceras devoravit, chartam non adussit, vetita literas delere, quas Dominus extare ut perlegerentur voluit. Abb. Floriacen. Sur. Tom. 6. Idem cum aliquando inter legendum obdormisset, mox exspertis, nam extinctam reperit, & legendi sibi officionem sublatam dolens, Sanctam Virginem invocavit, lucetnaque repente illuxit. Hinc ille legendo quod ceperat profectus est, cum prius Deo & Deipare Virgini gratias egisset, quòd sic faverent eis, qui sacris lucubrationibus libenter vigilant. Ibid.

LECTIO LIBRORUM PIORUM.

Consulatur Locus de Libris. Infr. Tit. Librorum bonorum studium, cultus.

LECTIO AD MENSAM, sive

REFECTIONEM.

De pia ad mensam lectione extant plurima SS. Patrum monita, & Conciliorum ac Canonum decreta. Sanxit id Concil. Nannetense c. 11. & 12. & Rheimense cap. 17. in Gallia.

Toletanum III. in Hispan. cap. 7. epist. 4. Africanum c. 6. Turonense c. 23.

Suadet & præcipit per suos observari Basilius. Regul. 80. ex brevioribus, Cassian. lib. 4. de instit. Monach. c. 17. Bernardus in speculo Monachorum, Aug. serm. 56. de temp. & alii.

Meminit Tertull. c. 24. Apolog. pili conviviij, quod Agape vocabant. De quo Littera A. Tit. Agape.

Cyprianus, quoque meminit hujus lectionis tanquam usitatae. Lib. 2. Epist. 2. in fine.

Secutatum verò piæ hanc morem ab Augustino, narrat Possid. in vita illius.

À Vectione, quamvis nec Clericus esset, nec Regularis, idem quoque scitatum, scribit Sidon. Apollin. lib. 4. Epist. 9.

Apud S. Ephrem Syrum, sermo est pro lectore ad mensam, quomodo clarè & distinctè id facere debeat. Tom. 2. Paren. 36.

Exemplum autem piæ & utilissimæ hujus consuetudinis sumperunt viri sancti ab ipso Domino, qui in ultima cæna suos etiam instruxit, multaque docuit ad Ecclesiæ suæ regimen opportuna.

Apostolum Paulum post suscitatum Eutyrium, inter edendum etiam sermonem divinum miscuisse, eumque continuallè usque ad lucem, colligunt cum Cryloto in eum locum, alii ex cap. 20. Actior.

ETIAM ETHNICIS ET LAICIS USURPATA.

Augustus quoque Cæsar, referente Svetonio, ad communionem sermonis tacentes invitabat, & acroamata interponebat. Intelligunt autem per hæc festivos sermones, aut recitationes rerum, aut lucubrationum philologicarum, quæ inter cenandum interponebantur.

Ad hunc modum Einhartus Caroli Mag. Cancellarius scribit de suo Imperat. Inter cenandum, aut aliquod acroamata, aut lectorem audiebat. Legebantur ei historię, & antiquorum Regum gesta.

ALEXANDRUM insuper Macedonem consuevisse inter cenandum, dum sobria ac primùm sumeret, acroamata audire, insinuat alibi Athenæus.

De

A De Signifundo Imperat. Caroli IV. filio legitimus, quòd:

Ingenus habuit summis in honoribus artes, Atque viris doctis regia dona dedit.

Cum quibus interdum convivia letus agebat, Ex humilis quamvis ordine plebis erant.

Incredibile propè est, inquit Camer. p. 2. hor. succif. Epist. ad Autorem, quod de Alphonso Aragonio, & Leone X. Pontif. Max. item Franc. I. Gall. Rege literis proditum reperitur, ut qui acroamatabus convivialibus adèd fuisse dedit, ut ad ea non Jureconsultos tantum & Philosophos, sed Grammaticos quoque, & Rhetores, & Poetas accerent.

Seneca loquens de Calpurnio Sabino, in conviviis dicit illum habuisse servos literatos ad pedes, ut verius quos referret, subministrarent.

Nec verò legere, sed & annotare solebant, & excipere viri docti apud Romanos, inter epulandum: quod utramque Plinius factitalè legitimus, alioquin non paucos. Hinc Persius Satyr. 1.

Nec quidquid denique lectis Scribitur in circis. Id est discubitorijs.

B Et Horatius. Mutavit mentem populus levis, & calet uno Scribendi studio, legemque paræque severi.

Fronda comas vincti canunt, & carmina dicunt.

Plinius lib. 3. epist. 5. de Avunculo suo: Mox quasi alio die studebat in cæna tempus, super hanc liber legebatur, adnotabatur, & quidem cursim. Memini, quendam ex amicis, cum lector quædam perperam pronunciat, revocasse & repeti cogisse: huic avunculum meum dixisse, intellexeras nempe: cum ille annuisset, cur ego revocabas? decem amplius verus hæc tua interpellatione perdidimus: tanta erat parsimonia temporis.

ALEXANDER SEVERUS interdum inter epulandum, septis tamen finito convivio, vel ipse aliquid legere, vel cæteris legentibus benignas aures præbere consueverat, ut testis est Alex. ab Alex. De eodem sic scribit Elius Lampridius: Cùm inter suos conviveretur, aut Ulpianum, aut doctos homines adhibebat, ut haberet fabulas literatas, quibus se recreari dicebat & pasci. Habebat, cum privatim convivaretur, & librum in mensa, & legebat, sed Græca magis: Latinos autem poetæ lectrabat.

Cicero ad Atticum: Hunc lege convivis tuis: sed si mea amas, hilaris & benè acceptis. Et paulo post: Non assequor ut scribam, quòd tu convivis non modò libenter, sed etiam æquo animo legere possint.

TIBERIUS similiter ex lectione quotidiana quæstiones discutendias proponerebat, & Adrianus Comædias, lectores, atque Poetas conviviis suis adhibuit, qui aliquid recitarent, quod animo post convivia recreare possent, eodem teste.

Commemorabile quoque est illud, quod Cornelius nepos de T. Pomponio Attico memorias prodidit: Nemo, inquit, in convivio ejus aliquid extranea audivit, quam anagnosten, quod nos quidem jucundissimum arbitramur. Neque unquam sine aliqua lectione apud eum cenatum est, non minus animo quam ventre convivæ delectarentur.

Pythagoricos quoque post convivium sacrificia adhibuisse & lectionem, testis est Amblicus.

Varro, teste Gellio lib. 1. c. 22. in convivio nec omnia legi debere dixit, & ea potissimum, quæ simul sunt suavia, & delectent potius, ut id quoque videatur non superfluisse.

PERTINAX Imp. cum sine amicis cenaret, adhibebat uxorem suam & Valerianum, ut eum eodem qui docuerat, fabulas literatas haberet, teste Jul. Capitol.

LECTORES.

LECTORUM ORDO.

APUD JUDÆOS.

Olim apud Judæos fuisse lectores, qui in Synagoga, quæ Sabbatho conveniebat, legem & Prophetas, sive ex S. Bibliis quodcumque legebant, tradunt Josephus & Philo. Et constat ex 13. Actiorum; ubi dicit Lucas, Post lectionem autem legis & Prophetarum, miserunt Principes, &c.

Tradunt Hebræi, legem, sive scripturam Pentateuchi, pro numero serè hebdomadarum anni distributam fuisse in lectionibus quinquaginta tres, quas vocant Peraloth, quarum constarent singule centum & triginta sex versibus: verum postquam eos libros Antiochus combussisset, earum partium loco L. B. T. beat. vitæ Human. Tom. IV.

totidem de prophetis libris decessisse, quæ priori lectioni congruerent sensu: nunc autem etiam vigere consuetudinem, ut Sabbathis post diei lectionem legaleam, contenti prophetiam quam appellant Hapbratab, id est, missam, sive missionem, quoniam ea finita dimittunt plebem. Legendus Elias in Tibi. Quia verò traditum Christo ipsi librum, & ab eo lectum lego, antequam diceret, censo, utrumque in usu fuisse, ut & prior aliquis ex inferioribus ministris prolixius aliquid legeret, tum is, qui dicturus erat, ceu thematico loco, breviter ex libro recitaret, quod solent memoritior Concionatores nostri. Ubi non adèd probabili videretur Tolei sententia, Christum in Synagoga, antequam diceret, lectionem illam priorem magis prolixam usurpasse.

APUD CHRISTIANOS ET CATHOLICOS.

Unus ex minoribus est Ordo Lectoris, qui consecratur in traditione libri Prophetiarum (etsi Sylvestro videtur, satis esse tradere librum Epistoliarum) quas debeat legere.

JULIANUM, qui fuit deinde Apostata, sexdecim adhuc, tredecimve annorum, inter Clericos proficentem cum Gallo, & in Clerum cooptatum, divinos libros lectitalè, narrat Nazianzenus Orat. 1. in Julianum: Cum id sibi, inquit, non minus amplum, & honorificum esse existimaret, quam aliud quivis.

Apud Augustinum Serm. 50. de Diversis, invenio, Cum jusfisset, legi locum ex hoc ipso libro Actuum Apostolicorum legendo interpretatum. Alioqui exploratum habetur, ab Evangelij recitatione mox haberi solitam homiliam. Quod rectè demonstrat Joannes Stephanus Duranus 2. de ritib. Eccl. cap. 25.

Videtur huc Clemens alluisse, cum dicit, post lectionem legis & Prophetarum, nec non Epistolarum, Actuum Apostolorum, atque Evangelij, præmissa populj salutatione, deubellè sacerdotem habere sermones exhortatorios ad populum.

In Ecclesia olim etiam extra Missam, ac divina officia (de quibus rituum Ecclesiasticorum tractatores) lectiones celebrabantur, vel ex Sacra Scriptura, vel continentes insignem historiam, quamvis recentem, ut tradit August. Serm. 7. de S. Stephano, & 22. de Civitate Dei cap. 8.

Lectus.

DEFINITIO, ETYMOLOGIA, PARTITIO.

Lectus, sive ab alliciendo, quòd fatigatos ad quiescendum alliciat: sive quòd sit velut electus; olim enim herbas, duplex, stramenta seligebantur ad componendum lectum. Duplex erat olim. Alius cubicularius, quo fomno & quieti indulgebatur: alius triclinarius, seu discubitorius, in quibus ad mensam sive epulas accumbebatur. Hebræicè utriusque Minorbis appellatur, ἀνακλιτήρια, id est reclinatoria, strata, lecti.

Horum usus fuit frequentissimus olim. In sacris litteris 4. Reg. 4. transeunti Sunam Prophete Eliseo, dixit mulier magna viro suo, Faciamus et cœnaculum parvum, ponamus ei candelabrum, & lectum, & mensam. Sic & Aman cum Assuetorandum sumens describitur, cecidisse super lectum, super quæ erat Esther. Esther. 1. & 7.

NOMINA VARIA.

Græci lectos vocant omnia in quibus accumbitur. Eorumque differentias & nomina congerit Pollux Lib. 1. Cælius lib. 27. cap. 27. Latini Lectos, Lectisternia, Lecticas vocant, quamvis hæc potius sunt sedes, in quibus lecti sternebantur ad dicumbendum, aut pormotandum. Sic teste Philostrato lib. 2. Rex apud Indos in lecto è stramentis facto accubabat.

Thori quoque dicuntur, à totis herbis facti, quæ humeris accumbenitium supponebantur, ut vult Isidor. & Servius lib. 5. Aeneid.

Proximus ut vividante thoro confederat herbe. Et lib. 2.

Inde thoro Pater Aeneas sit orsus ab alto, &c.

Unde & Stibadia vocatur, ut vult Isidorus, à stibibus, quòd scilicet eis interpositis etigerentur, aut circumponerentur lecti aut thori.

Scribitur de Commodò apud Lampridium, quòd non accubuit, præterquam in accubitis, quæ pilum leporinum, aut plumas perdicum subalares haberent. Videatur de nominibus & differentijs lectorum Erymul. Isidori c. 11. lib. 20.

MATERIA.
 Primum lecti reclinatorii ex herbis, graminibus, stramentis, & palustri ulva confecti. Postea ex lignis, acerina videlicet materia & fraxino confecti. Quod Romanos ab Arcadibus sumpserit, *Lazius vult lib. 5. de Republica*: meminit Ciceronem, supra *Perseus*, *Uligonorum*, *Terentius*. Manlius aratos primum Romanum advehit, *Plinius in lib. 13*. Tandem ex auro, argento, & testudinum putaminibus confecti. Ut *Plinius* & *Varro* testantur.
De hac re, uti & apparatus Lectorum, vide locum de Luxu, §. Lecti, Stragula.

Legatum, Legare.

Legatum est donum testamento alicui relictum. Græcè τὸ κληρονομήσιον.
Quere in loco de Testamento.

LEGATA PIA EXOLVENDA.

Scribit *Gregor. Turon. lib. de glor. Marit. cap. 31*, quemdam februi quartana fuisse punitum anno integro, quod piam cuiusdam voluntatem, qua opera pietatis commendaverat, non explevisset.
Antonius Monachus hom. 21. Tom. 2. Bibliob. S. S. Patrum, considerans historiam quam Lucas in Actis commemorat, de Anania & Saphira punitis ob defraudatum pretium agri, ait: Si qui ex prædiis propriis suppilarunt, talem reportarunt ex surto exitum; quanto atrocius illos manet supplicium, qui ex alieno compilarunt, & arrotundit pecullo?
LEGATA SERVARE.
Vide Locum de Fide, Tit. Fides in Contractibus, §. Circa Testamenta, Legata.
QUI LEGARE POSSINT.
Quere locum de Contractibus. Item de Testamentis.

Legatus, Legatio.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Legatus est qui alterius mandata deferret, & refert. Sive qui fungitur legatione. Hoc est, alterius nomine, sive publico, sive privati cuiuspiam constituitur orator. Quo sensu *Virgil. 12. Æneid.*
Legati responsa ferunt.
 At in bello, Legati erant, qui absente Imperatore summa erant auctoritatis: eoque præsentem, maximis præferebantur expeditionibus. Legatio igitur, functio est, & munus Legati.
LEGATI DIGNITAS.
 Maxima Legatorum dignitas ex eo elucet, quod repræsentent Principem, & cum eo in partem sollicitudinis veniant. Estque Principis velut vivum simulacrum & os, quoties v. gr. exeri super bello, pace, induciis, societate, comitatibus, aefinitate, & id genus aliis conveniunt.
QUALITATES REQUISITE.
CYRUS REX Imperatoris artibus instituendum voluit eum qui legatione functurus esset.
D Scipio Africanus affectanti Legationem in Asiam, recusat, & alteri creditur, indignanti que isti: Desine, inquit, mirari: ego jam pridem ab eo cui existimationem meam charam fore arbitror, peto hanc legationem suscipiat, nec adhuc persuadere valeo.
LEGATUS SIT BONI NOMINIS.
Incola, Nobilis.
 Igitur Legationem obiturus, non virtutem modò, sed opinionem etiam virtutis habeat, ut inde auctoritatem sibi conciliet erga omnes. Sit indigena, quantum fieri potest. Neque enim extrinsecus in Rempublicam sunt pietate, quanta incolæ in sinu patriæ educati. Sit etiam nobiliori prosapia, nisi nobilitatem virtute, non numis peperisset: nec enim
*— Imbelliæ feroces
 Progenerant aquila columbam.*
EGREGIO CORPORE.
 Generis splendorem corporis decor comiter, ne Therites aliquis miratur ad hujus muneris executionem. *Jacobus Castello I. C.* missus à Bononiensibus ad Bonifacium Pontificem: de rebus maximis sermonem inchoasset, essetque hominum

corpore pusillus, Ponticæ rarus eum in genua provolutum eloqui, iussit, se erigeret. Quo factum, ut tacite omnes riderent; ipse etiam sibi excideret, & ne verbum deinde proloqui posset.
 Gallias Agrigentinus, ut auctor est *Herodotus*, turpissima facie, animo tamen sereno & prudens, ad Censoripinos missus orator, cum in publicum venisset, petulantis tunc exceptus & ut monstrum repulsius fuit. *Vide Tit. Liberi dicta.*
 Cato iuros in Bythiniam Legatos non sine commate demisit. Siquidem unus vertiginæ capitis, alter podagra, tertius vercordia laborabat: prælagiebat ex hinc Cato, Legationem Romanorum, & capite, & pedibus, & corde destitutam.
 Certe Vulcanus Diis aliis invidius fingitur, quod pede claudicaret.

SENIOR, DIVES.

Seniorem quoque, in quo non segnitias sit, sed iterum usus, Legatum requirunt. Quamvis sæpe virum in puero pietate exhibeant. Exempla nota sunt in Scipione, Pompejo, Corvino.
 Opulentiorum etiam volunt, ut domesticæ fortuna amplissimi muneris splendore respondeat. Ut & de suo liberales esse possint Legati, & circa alienum parci & continentis. Scipionis Æmiliani pulcherrimum responsum erat, cum Servius Sulpitius Galba, & Aurelius Cotta consules in senatu contenderent, uter adversus Viratum in Hispanias mitteretur, ac inter Patres conscriptos dissenso oriretur: Neutrum sibi placere, is respondit. Causamque adiecit, Quia alter nihil habet, & alteri nunquam est factus.
 Narrat *Jovius*, missos viros Patricios Florentinorum Legatos ad Carol. V. & Clement. VII. Bononiam, mercatorio ingenio, ac plurimum mercimoniis, tanquam Legationis iustitiam, que oneri vectigalium eximitur, in urbem advenisse. Verum sordida fallacia detecta à publicanis, contemptum habitos, usque ad eum, ut & indigni eo munere haberentur, ac causa inaudita repellentur.

CASTUS.

Mores sapientissimi Principis Legatus exprimat, unde continens sit, neque deliciis imbutur. Puniti apud Amyntam Macedonum Regem Legati Perseum, quod præter morem & honestatem gentis reginam & filias, in convivium ratione hospitalitatis admittas, petulantius & invectivè tractarent. Rei namque indignitate commotus Alexander Amyntæ filius, ut erat rigidus pudicitie cultus, adolescentem ferro accinctos erantem vestibus supponit, qui mox insolentiam Legatorum, educta feca, vindicantur, colique trucidantur. Quam historiam alia occasione retulimus.
 Etiam nuper vicini Regis Legatus, cum nocte in tempesta ad amasiam domum solus pergeret Luna beneficio, in manus vigilum incidit, qui hominem vinciunt, & carceri, quo sonitus clauduntur, includunt. Donec pleno die cum tubore dimissus, toti Curie fabula fuit.

SOBRIUS, COMIS.

Non vinolentus sit Legatus. Quippe Bacchus vinculorum cordis & lingue impatiens est. Bonus Hispanus peritissimus erat tempore Aureliani Imperator, ad explorandum animum Legatorum, si quos capaciorebus cyphis oblectati in mare verberat; illis enim vinum largè propinabat, ipse in vino quamvis pluculum hausisset, sibi compos & prudens. Itaque Legatus ita vinum bibit, ut ab eo non absorbeatur.
 Comitarem etiam in vultu, moribus, & conversatione habeat Legatus. Nihil rigoris, ad factiones, contentiones parati animi. Neque facile carpat minuta. Quod fecisse aliquando trivalem Legatum apud Cæsarem legitimus, qui cum solocum, qui fortè elapsus, eum argueret, in Legatione sua rursus erravit. At Cæsar ad suos conversus, Vah, inquit, opinabar mihi negotium cum sero viro, ac Legato Perquam (ab his enim venerat) & video me in molestum Grammatiscen incidisse.

NON ADULATOR, DOMESTICUS.

Adulatore Legatum nemo laudaverit, qui à seipso diffidens, alium & alium se exhibet.
 Etiam raro in publicum prodeat. Ad certamina ludique, non nisi præmeditatus & instructus, ne existimationi suæ detrahatur.

RELLE

RELIGIOSUS, VESTIS, ET PATRI MORIS TENAX.

Pietatem colat, & religionis suæ ritus, si publicè nequeat, saltem privatos observet: etiam suæ gentis civilitatem ac mores deserat. Calum quoque retineat & vestem, nisi fortè apud illos sit, qui externa odere. Sic apud Imperatorem Turcarum quidam à Venetis missus orator, cum toto biennio accessum impetare nequivisset, alieno habitu & ritu adiciò, legationem feliciter absolvit.
 Imò nonnulli apud Turcicum Tyrannum repulsum passos ferunt, quòd viridem colorem in veste circumferrent. Is enim color Barbaris funestis omnibus inde cenleat.

DOCTUS, ELOQUENS, LINGUARUM PERITUS.

Adscribetur Legati laudibus, si eruditus fuerit, multaque & lectionis & studii. Ita tamen ut doctrinam usum rerum & actione temperet. Eloquentiam sceleret; hæc enim ei nomen tribuet & munus; eaque tam necessaria, ut absque illa esse non possit. Demosthenem gloriantur ferunt, potuisse se Judicum sententias flectere ad nutum, hoc faciendæ præsidio.
 PYRRHUS faretur, se Imperii sui fines magis extendisse Cyrene legatit eloquio, quam armatorum manu.
 Et quoniam apud exteros potissimum obundum hoc munus, plurimum linguarum peritiam conciliat Legatum convenit. Hinc Mithridates Ponti & Bythinia Rex commendatur, quòd xxx. quas sub ditone sua habuit, Gentium linguas calaret. Neque sine causa Carolus IV. Imp. cavit, ut filii Electorum, præter vernaculam, insuper Latinam, Italianam, & Illyricam, scire fuderent.

PRUDENS, INTREPIDUS.

Inter alias condiciones, quas in legato æstimamus, non minimum debemus locum Prudentiæ, qua omnia verba & actiones moderetur, omniumque ingenia & sermones expendat.
 Magnanimitati quoque locum suum reddimus in hac functione. Offendit hanc Megacles Meffanus, cujus monitu Agatocles repulsi à Meffana Sicilia urbe fuit. Verum cum is aut Curbem, aut Megaclem experiret, canctique cunctarentur, quid factò opus, Megacles paratus et discrimini se exponere, aut per illud emergere, ire voluit, dummodo cum titulo Legati. Iva, ac Agatoclem veneratus: Veni, inquit, civitatis nomine, aut mortuus, si decernis: At prius iudicatio, num si ad Syracusas exteindendas Meffensis venissent, utrum pro Syracusis, an pro Meffensis omnia præstares? Dicto hoc pacatus Rex, cum liberè abire iussit.
 Quid memorem Pompejum? Legatum a Turis ab Illyricorum Rege interceptum, cum litteris secretioribus. Compellitur aperire arcanæ Senatus, & alia sibi credita. At ille minas & tormenta pro nihilo habuit. Quin digitum lampadi ardentis admovens: Hic, clamabat, prius in pulverem abiturus, quam tu patriam profuturus.
 Venentur superiori ævo ad Imperat. Orientis imberbes Legati, quos cum ille despiceret, quòd ad mentes missi essent, liberè & audenter dixerunt: Si ad nos lanigine æstimanda sit aptitudo & dignitas, hircos potiores partes habituros.

PROVIDUS, ASTUTUS.

Providentiæ & circumspicenti etiam Legato sunt necessaria. Neque enim omnia momento occurrunt, aut prævidentur.
 Qui annexa est Astutia, sive cautio, ne aliorum captivibus irretiat. Q. Mutius Scævola ad Carthaginenses missus à Romanis, cum duas illi reseras exhiberet, in quarum una pacis, in altera belli symbolum erat, optionemque alterutris darent: ille utramque arripuit. Et eadem, ait, vobis electio patet Carthaginenses, utram mavultis, habere: & ita Republicæ suæ dignitatem servavit.
L. B. Theat. vita Human. Tom. IV.

Fabius cum Antiocho bello superato, subdole pactus, ut Edimidia pars navium illi cederet, omnes per medium fecit, & ita hostem omni classe exiit.
Huc refer nonnulla ex eodem hoc loco, infra, ASTVTI.

Sine furo Legatus sit oportet, & fallacis. Candor & integritas manus hoc ornant, ne infidias sub regimine pacis frueret existimeat. Non tamen ita apertus sit, ut statim omnia propter, aut scrinium pectoris pandat. Dissimulandum enim erit nonnunquam, ac leoninæ pelli vulpina subinde assuenda. Mendacem tamen nunquam convenit, ne & mendacii arguatur, etiam dum est verax. Necessitas si ob ambiguitatem impellat, ea utatur, absque fallacia tamen, aut injustitia. Utraque hæc in legato pro vitio reputabitur.
 Fidelis sit ad extremum; ipse tamen non cuius se credat, aut sua. Secreta sibi servabit, etiam si quis silentii tenacissimus sibi videatur, non revelabit.
 PETRUS Aragonius Legatus Martini IV. Pontificis, sciscitantibus de apparatu bellico, quem faciebat maximum: Combaturam, ajebat, interulam, si consiliorum meorum me præter quis sit particeps. Pauca hæc desumptimus ex erudito Commentario de Legationibus, ante annos paucos edito in lucem per *Friedericum Marslaer Antverpianum*: qui etiam ea quæ sequuntur, suppeditabit.

LEGATIO, ET LEGATI.

HUJUS ET ILLIUS DISCRIMINA.

Legatorum & Legationum nomina, divetia sunt, uti & officia. Sunt enim alii publici, sive cum mandatis: alii vero privati, & sine mandatis. Eaque legatio libera olim fuit, quòd ab urbe et abesse liceret, qui hoc honore ornatis esset, quomodo Scipioni Naficæ libera in Asiam decreta legatio fuit, ut periculum evaderet mortis, quam plebs ei intendebat, ob mortem Tyberii Gracchi.
 Publici, alii sunt ordinarii, qui absunt pro qualitate agendorum, aut voluntate mittentis; extraordinarii alii, qui certam expeditionem dumtaxat agunt.
 Qui à Principe supremo ad æqualem aut majorem mittuntur, Legati sunt.
 Qui à Principe inferioris conditionis, aut aliquo Sacramento fidelitatis adstricto ad majorem destinantur, Agentes appellantur.
 Si autem ad provinciales ac subditos mittantur, Commisarii sunt. Qui verò à subditis ad Principem, Deputati dicuntur.

LEGATORUM QUALITATES VARIE.

Ita sunt V. G.
LEGATI AVARI.
Vide locum de Avaritia.
STULTI, LIBERI.
Ex loco de Stultis quedam.
Mendaces, Injusti, Proditores, Prudentes, Constantes, Voraces, Politici, & his similia: querantur ex locis & Titulis earum virtutum & defectuum, à quibus denominantur.

ASTUTI.

Paulò ante, ubi de astutia ad legatum requisita diximus, paucis hunc titulum declaravimus, quoad mores legati: nunc altitiam in iplo munere attendimus, puta propositione & occasione Legationis. Sic quidem pace inter Philippum II. Hispania, & Henricum IV. Gallia reges inita, cum D. Petrus de Toledo Legatus ad Henricum congratulandi gratia venisset, quasi aliud à mandato agens, ab eo sollicitus: Quid sentiret, si Catholici & Christianissimi regum liberi stabiliore federe ac conubio jungerentur? Cumque responsum esset, satis adhuc juvenes esse: Maxime, inquit, Legatus; occasio tempusque illa disponant, modò adhuc pulres & puerilia petant. Et tamen ejusmodi nuptiæ nunc arctiore affinitatis federe coiverunt.
 Atque hoc sensu Polykratidas Spartanus ad Dices regios orator missus, quaerentibus illis, Utrum privatim, an publicè venisset? Publicè, inquit, si impetrem: sin minus, privatim.
 Proavorum nostrorum memoria, cum Solimanus Del Fif 4 patien-

A patientia Turcarum dominator, regionem religionemque omnem Christianorum, avara atque avida spe devorasset, & universè Europæ immans jugum minitaretur, publicis timor externi hostis concordia vinculum firmissimum videbatur Christiani orbis Principibus, quos patris communis sensus & amor affecterat: ne obliuisceretur suæ fideique, qua conglutinati & cognominati sunt, mutuis moribus viverent more immittit ferarum: at respicerent tandem aliquando & in Mahometistis ferrum & flammam concordia manu converterent. Eo igitur consilio Dux Burgundia Philippus, cognomento Bonus, virtutum excellentia Princeps optimus, quali visere exoptans Urbem sanctam Hierosalem, oculatam testem redemptionis, primum præcipuumque sacrarium religionis nostræ, G. Ophemum ablegaverat ad Solimanum: deinde etiam prætextu firmi alicujus fœderis, quod post multam Transylvania cladem cum Imperatore coiret; ac revera ut bellum in Persiam atque in nonnullos vicinos reges concitaret: imò ut inrelinquere dicerentur, quo laborabant Christiani, & laborant modò, in truculentum tyrannum converterent: simulque ut spatium impetraret, quo principes nostri omnes (non enim jam proximos, sed suos cuique partes ardebat) animis viribusque conveniret ac conspirarent. Profuerant, inquam, sic Principes, & sapienter: sed proposuerant; secus disposuit Deus. Quod plures tangebatur, plures neglexerat. Et dum quisque onus grave, arduum, operosum ab humeris suis depellere contendere, & extincto pio zelo, stultitia, frivola, fœda potissimum disquireret; publica fortuna manū dedecus, & detrimentum, Turcæque imperii sui fines extendisse videmus & legemus, quicumque vovemus profpera, dolemus adversa. Sed tum quidem ipsius Ophemii famam, tanquam nivis cumulus rotando augebatur: ac tanta felicitate negotium promovere coepit, ut periclitari Mahometianus, & fructuari videretur Christianicolæ bonis, quibus apus aut dignus non est mundus. Coepit, non perreerat floreque maxima spei præmatura mors decerpit. Ergo evanuit pulcherrima Legationis simulatæ molitio, optimique conatus in irrum cecidit.

Immenia Theban factum non incallidum, & profus Græcum circumfertur. Legatione fugebatur is pro patria apud Persarum regem. Eo ubi pervenit, apud Thraensem militum tribunal, simul & admisionum magistrum, enixus operam dedit, uti audiretur. Cui ille: Nobis, inquit, d. hospes, patria lex est, ut quicumque ad regis congressum admittitur, cultum ei adorationis exhibeat. Id si placet, præstiteris: sin minus, vicaria mea opera utare; & quidquid negotii credideris, regi referabo. Immenias, cum rerum (varum pondus neque suspicium ullum, neque dilationem sine periculo permitteret, ad id quod minime cupiebat adductus magis quam inductus: Quomodo, inquit, mihi ipsi conveniendi regem copia fiat. Et intransmissa tyrannice consuetudini satisfacere visus est, ac morem gerere imperio loci; nihil tamen transgressi inditura sua gentis, quæ homini supra hominem præstitum decus dedecus arbitrabatur. Quippe ex composito annulum aut necio quid rerum è manibus in ingressu elabi passus est, ut haberet, quam obrem populum flecteret. Sic una hostia pluribus Diis litavit, dignitati scilicet muneris, libertati patriæ, tum gratie regis, & negotio Legationis. Consiliique calliditas Immeniam omnium que petierat comperit fecit, ac tanta in gratia apud regem, ut inlolitis splendidi que muneribus ac honorariis dimitteretur.

DOLOSI, FALLACES.

Talis Jugurthæ olim solers nimis versutia fuit, quid ad Aulum Propraetorem, cum nullum periculum esset, supplices Legatos misit, & spe pacationis (ut est apud Salustium) exercitum Romanum primùm muneribus corrupit, deinde armis oppressit, adeoque sub jugum misit. Omnino suspecta esse Legatio potest, quoties subdolum vatumque hostis ingenium est, & quale Jugurthæ fuit. Atque tum aut dolis doli ludendi sunt, ut simulatione impostura recondantur, aut certe antiquitatis exemplo, obides petendi, ut consilia aulculantis in tuto sint.

Si doli placent, non inconsultum Grimoaldi Longobardorum Regis facinus dixerim. Is impatit ad bellum, cum Hunnorum Fœdatis venissent, & timendi viderentur, copias & terrorem inopini stragem mentis est. Delectum habuit, atque eodem milites diversis instructos armis septis, ut novam novos, jussit decurrere: quo assu cunctis diem, quam

numerum finire potuit. Conversus interim ad Fœdatis qui spectabant, Hise, inquit, choferitis Hunnos tripudare & decurrere docebo, nisi è sinibus meis actum discesserint. Attoniti Legati abeunt, & pari metu regem suum exercitumque impulerunt. Itaque tanquam potentia cederent, hostes omnes copias sine bello disfluxerunt. L. Manlius & Anilius è Græcæ Legatione Romam reversi, in Senatu gloriantur, ob decem annos spe pacis & induciarum pacto regem: ibidemque hæc versutia plurimorum calculo comprobata, & nova sapientia nuncupata est. Audiamus Ciceroem sibi blandientem; Populo imposuimus, & oratores visi sumus. Soppyrus unus è sepiem proceribus Persarum, nam & aures sibi abscindi voluit, id è Dario rege suo injustè perperum simulans, ut fides sibi apud Babylonios esset, nullis machinationis aut mendaciam metu. Quosdam etiam Darii milites interemit, commentus intercept, seque odio & fuga Tyranni, ad Babylonios descisse perjurabat. Donec exercitum Babylonico prætefisse, illum Darii partibus adjuvit, Babylonicoque prodidit.

IRIDICULI.

Refert Suetonius, Trojanos Legatos ad Tiberium, qui penè ab anno filium sepeliret, officio luctus gratia venisse: Et ego, inquit Tiberius, Trojanorum dolori pariter condoleo, vestras Heclorem & Helenam vobis peritisse.

GRATI.

Cum plebs Romana ob injuriam Virginie ab Appio Claudio decemviro illatam in Aventinum montem secessisset, Senatores tres consulares Legatos, missi, ut crederetur, populares misisset ad placandum; ne admitti doli illi, nedum responsum ullum tulere: sed valida voce conclamatum est, ut L. Valerius & M. Horatius mitterentur: et hos audientes esse. Neque quod æquum videbatur, sed quod placebat, obtinuit: nimirum, ut non solum que nunciarentur, iusta ac grata essent; sed si præterea qui nunciarent, iusti & grati.

INGRATI.

ERASMUS Roterodamus, vir in poliori literatura suo ævo excellens, cum ad religionum Bavarie ducem verba fiduciam, facietis minime facietis initio jocaretur, se stomachum habere Lutherarum, sed mentem Catholicam, obvertit terguum Bavarum, atque in deserto sonat oratio.

Sic Lacedæmonii Xerxis Legatos in barathrum & puteum demittunt, quod superba, ab insolentia iis oratione retram & aquam exegissent.

Sic dum Legatus Cæsaris Octavianus Antonio demittitur, uti se se dederet, quod homo nihil, multo minus, maleficus, & cui nihil esset utile, quam nomen imperii, ab Antonio præcipit impatientia feribundò trucidatus fuit.

Ajunt, Draconem Moseyitarum regem haud miris in Turcarum Legatos animadvertisse: Nam his iniustus capta regentibus, piteaque Phrygia ex parte instituto deponere tergiversantibus, ac gentilitium morem confirmare, se ætati pitei addidit, & clavo trabali tempora transiit, ut quod deponere recusatam, firmius hæretet.

LIBERTATES.

Non accipiendo munera. Dando.

Petennomla ex loco de Libertate, quatenus non accipit munera, dona, &c. Legati.

Vetustissimus & penè omnium gentium mos fuit, qui & in hunc usque diem perdurat, munera Legato, ut manura pignora hospitalitatis, adventum & discedentem offerre, que Lautia Romanis dicebantur. Cavendum igitur, ne qui accipit, sit ita largitionis appetens, ut in similitam prævaricationis suspicionem abducatur.

Corruptionis periculum causam præbuit legi veteri Antiochum, qua sanguinis pena acceptum munus Legatis interdicitur.

Legi Julia repetundarum nominatim tenebantur si qui in Legationum functione pecunias acceptassent.

Eademque severitas extantium apud Venetos est inviolabilis: quorum institutum capitale est Legatio, Legationis ergo munera contrahere. Ut exemplo comprobasset eruditissimus Hermo-

PER LEGATOS DECIPERE.

Sic astu teoque consilio Philippus Macedo aggressus est Athenienses, quos ut deciperet, prius Legatos à missos decipit. Nam cum prætextu quodam indefinitæ libertatis magnum Græciæ partem occupasset, Athenas obdians, per Legatos credulos, seipsoque pro stipulatu vinculis offerentes, vota sua, & conatus Atheniensibus calidè, & callidè aperuit. Nimirum decem se dumtaxat eorum civibus infensam esse, ut qui contumelias se inceperant, nulla injuria provocati. Proinde si pauculos illos dederent, & urbem & universam multitudinem liberandam, quin etiam libertatis eorum studiose se, & defensionem fore. Poscebat imprimis Demosthenem, novem iisdem Oratores disertissimos, quorum apud eos auctoritas, & sermo plurimum valebat. Nutabant omnium sententia, & voluntates, suumque periculum alieno damno depellere statuentes, paucorum infortunium totius populi incolumitati, & patriæ libertati postponebant. Equæ haud dubiè successisset calliditas, nisi eorum princeps Demosthenes, lepida fabella, luporum pollulantium, ut canes omnes à gregibus abdicarentur, quò liberis in illos delatarent, Ulyssæas artes detexisset.

NON ADMITTERE.

Hoc olim vitio notatus fuit Liganus Tyrannus. Is Lacedæmoniorum oratores varia cunctatione, consultatione, procraftinatione ducens, ut necessaria magis causa alloqui facultatem negaret, valetudinem non satis firmam mentium est. Legatos igitur se Spartanos esse ostendunt, & citra verbi allusione: Non venimus, inquit, cum Lignano locuti, sed locuturi. Ideoque & publico ludibrio mores ejus exponi, & laborare coeperunt; ut si quid difficilis actu, superbus sermone, intolerabilis factu existeret, Liganus diceretur.

LEGATI OB APPARATUM REPUISI.

Legatorum superbus apparatus, numerosi comites, Principibus, ad quos iur, nonnunquam invidi, ac suspecti sunt. Sic cum tres Legati Hungarici, quos longo superbie spectaculo tria millia equorum sequebantur, ad Fridericum Imperatorem Neapolim missi essent, ut diademata regni sui redimerent, oculos urbis portas invenerunt, quod tan valia, & otiosa pompa, vel majoris specti indicium præ ferret, vel ad ostentationem, & luxum inflata, imò ad terrorem videatur, illis itaque Legationis iure introitum postulantibus, per nunciū respondit Imperator: Non Legationem istam, sed militarem sibi legionem videri. Neque profuit, quæ debeatur excusatio, quòd honoranda Majestatis, ac Coronæ sacre, & religionis gratia tanto splendore adventissent; nam post multa, Legatus tantum unus cum ducentis equibus, consensu Cæsaris introitus est.

COMITES QUI DELIGENDI.

A Legatorum contubernio procul sint sycophantæ, ardelliones, ganeones, officiperæ, parasiti, aulicæ gloriæ dehonestantia, quorum omnium probra, & delicta in Legatum redundarent, plurimumque interdum turba, ac molestia, vel ex unius litigiosi famuli, moribusque externæ gentis immortigeri lascivis oriri possent. Comites igitur, ministri, famuli omnes, boni sint, coercendi, aut dimittendi, nisi sint. Quemadmodum pulchre M. T. Cicero Q. Fratris Crispiti, Hominem non modo facta, sed dicta etiam omnia præstanda nobis sunt. Ut enim probi prudentesque haberi velimus, non satis est nos esse hujusmodi, verum idem quoque requiritur in reliquo famulatu.

QUOT MITTENDI LEGATI.

Namero Legatorum inesse videtur non parum splendoris, & magnificentie, fortasse etiam firmitatis, præsertim cum majoris est ponderis negotium, quam ut unius humeris sustineri posse videatur, utpotè cum percontantur fœdera, aliaque regni publica pacta sanciantur. Hinc Rex Latinus apud Virgilium.

Qui

A Hermolus Barbarus, nisi ante diem opportuna morte, Senatorum iudicium evasisset, qui cum tacitis suffragiis capite dampnaverant, quod in Legatione Romana ab Innocentio VIII. Aquilejensi Episcopatum non recussasset. Licet insuper publicaretur in præmium virtutis collatum fuisse, cum ipsi nil extra leges tribui liceret.

Apud Moseyitas nec minimum munus Legati commodis cedit, sed uni versa sibi arrogas is qui mittit.

Nec est quod morem velis barbarum barbaris relinquere; cum & Romanos legibus publicum in ærarium Legationis munera detulisset, non solum quæ publicè, sed ea etiam quæ privatim, ut Valerius loquitur, id est, privato hospitalitatis ac amicitia jure à Ptolomæo rege essent consecratæ. Quæ quidem integritate eruduntur Legati, munera facultatibus suis haud temerè adnumerare, nisi consilio ac consentiente eo qui mittit, nimirum, ut non solum omni scelere vacent, sed etiam sceleris suspicione.

Et Ritus Romanorum Legati in Ægyptum ad Ptolomæum profecti, munera ejus diversimodè obtrita respulerunt, quousque eos ad epulam invitatos coronis aureis coronavit. Eaque illi, ne reculando integritas in contemptum, constantia in pernicitiam verti videretur, honoris gratia tantisper habuerunt, donec possiditæ regis statuis, quas in Jovis Sacrario suspenderent, imposterunt. Ut non minoris virtutis fuerit reddere, quam meruisse.

DIONYSIUS Legatis sua dona amplecti detrectantibus, Rem inquit, miram facitis, plures enim laudatores vestrum grant, quam imitatores. Et unum bonum quod tyranno reliquum est, tollitis, indicantes etiam beneficia ejus periculo non carere.

MAXIMILIANUS I. Imp. Legatis Venerorum multa artificiosi laboris valis vitæ observantia ergo offerentibus, grates quidem egimus maximas; prulquam tamen didicerent, abacum cum inerant, clam, sed velut fortuito lapsu videre fractum. Quamvis non solum domo utilitas, sed & mystica significatio sagacissimo Imperatori ita fuisse intelligitur, cum Venetos tanquam per jeroglyphica signa vitæ, & inconstanti sue fortunæ illudere, quam in bello cum iisdem fortissimè gesto expertus erat, haud obicere animadverteret.

MAGNANIMI.

MATTHEUM LANGIUM Episcopum Gurcensem, Maximiliani Imperatoris oratorem, accepimus, cum ad Pontificem Romanum Julium ejus nominis secundum missus esset, noluisse tribus illis Cardinalibus, quibus Pontifex negotium tractandum commiserat, quid in mandatis haberet, aperire. Quod verò Cum illi indigni, ministros tres, ut rem peragerent, ad Legatum mississent, ipse totidem ex ius ad eos remisit.

Memorabilis quoque, & elegans historia extat apud Nicetam Choniensem in annalib. prope finem. Alexius enim Comnenus Imper. Græcus, in festo natalis Christi cupiens Legatis Cæsaris Henrici VI. Friderici I. Filii (qui ab eo Ammerigus vocatur) terrorem suo luxu incurrere, & à petitione tributi eos detertere, gemmatam vellem induit, & reliquos omnes auras, & laucavi vestes induere jussit. Quo spectaculo Aleximani adeo non obstupuerunt, ut eorum cupiditas illo splendore magis etiam inflammaretur, & Græcos ut ignavos homines, & servilibus è clucis deditos, quamprimum oppugnandi occasione optarent. Quibus autem altantes Romani (ita Græcos appellat) eos hortarentur, ut gemmarum splendorem quibus Imperator instat præti nitent, aspicerent, & media brunna veris suavitatem oculis perciperent, negabant, Alemani talia spectacula desiderare, neque muliebria ornamenta admirari solere, que lucis, flammis inauribus radiantibus, viri impensa studeant. Cæterum tempus instare ajunt, ut muliebribus ornamentis sepositis, aurum serro commutent. Nam si Legatio foret iusta, nec Imperator Regis sui, & domini postulatis annueret, necesse eos habituros pugnare cum hominibus, qui non gemmis ut prata nitent, neque rotundis margaritis intumescant, ac amethystis purpure, & auro intertextis pavonis instat gloriemur, sed qui Marus alumnus, ita flamma oculos suffusi non secus quam gemmæ radiem, & rotas dies (suo tempore fundant, margaritis splendidiorem, Hancque Nicetas.